
10
6-F
32
10
5



DE VITIS IMPERATORVM ET CÆSARVM ROMANORVM, TAM OCCIDENTALIVM QVAM ORIENTALIVM, NEC NON VXORVM ET LIBERORVM EORVM, ITEM TYrannorum omnium, qui diuersis temporibus Romanum Imperium attentare & occupare conati sunt, inde à C. JVLIO CÆSARE, primo Monarcha, vsque ad D. N. Imperatorem, CÆSAREM MATTHIAM, vnà cum eorum effigiebus & symbolis; illis quidem ex probatissimis tam Latinis quàm Græcis Authoribus deprompris, his verò ex antiquissimis numismatibus aureis, argenteis & æneis bonâ fide delineatis, & ad viuum, quoad eius fieri potuit, expressis,

OPVS NOVVM AC LONGE PRÆCLARISSIMVM,

OLIM

Incredibili labore, sumptu magno, peregrinationibus multis, iisque periculosis

OCTAVII DE STRADA à ROSBERG, CIVIS ROMANI,

S. C. Mtis, RVDOLPHI sanctissimæ memoriæ Nobilis Aulici & Antiquarij ordinarij congestum & adornatum:

NVNC VERO

IN GRATIAM, VTILITATEM ATQVE OBLECTATIONEM

omnium literatorum, inprimis verò Magnatum, atque adeo vniuersorum antiquitatis & historiarum studiosorum, publici iuris factum

CVRA ET IMPENSIS

OCTAVII DE STRADA à ROSBERG, DOMINI AVTHORIS piæ memoriæ, filij & hæredis.

Cum S. Cæsareæ Maiestatis Gratia & Priuilegio speciali.



FRANCOFVRTI AD MOENUM

Imprimebat JOHANNES BRINGERVS,

M. DC. XV.






DIVO IMPERATORI

MATTHIÆ, CÆSARI INVICTISSIMO AC POTENTISSIMO, GERMANIÆ, HVNGARIÆ, BOHEMIÆ, REGI PRÆSE-

renissimo, Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, &c: Nec non Reuerendissimis, Illustrissimis Archiepiscopis, & cæteris Archiprincipibus, Electoribus: Reuerendis item, Illustribus, Episcopis, Principibus & Ducibus. Vt & admodum Reuerendis, Generosis, Abbatibus, Præpositis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Nobilibus etiam & Strenuis, Equitibus, amplissimis ciuitatibus Sacri Imperij Romano-Germani membris potentissimis: Tum antiquissimæ Domui Austriacæ, huiusq; Ecclesiasticis & Laicis Ordinibus: Omnibus deniq; Germanicæ Nationis vicinis Regibus, Principibus, Ducibus & totius Christianitatis Prouinciis, Patriæ Patribus Præpotentissimis, Præclementissimis, Superillustrissimis, Potentissimis, Clementissimis, Illustrissimis, Potentibus, Clementibus, Illustribus & Generosis, Dominis suis, subiectissimâ subiectâq; obseruantiâ colendis,



Vitam, Salutem & Victoriam.



INVICTISSIME AC POtentissime Romanorum Imperator, Præserenissimi Reges, Reuerēdissimi, Illustrissimi Archiprincipes, Electores, Archiepiscopi, Episcopi, Principes &

Duces admodum Reuerendi, Generosi, Abbates, Præpositi, Comites, Barones Domini, Nobiles strenui, Equites, Doctissimi, Prudentissimi, Prçclementissimi, Clementissimi, Clementes Patres Patriæ, &c. Domini obseruandissimi, &c. Octauius de Strada à Rosberg &c. S.C.M. Rudolphi, sacratissimæ memoriæ, Antiquarius & Nobilis Aulicus, Parens meus honorandus piæ memoriæ, pro singulari & innato rerũ antiquarum amore & studio, ante aliquot annos ex varijs, ijsque longè dissitis, locis, sumptu magno, labore graui, peregrinationibus multis, ijsq; periculosis & perquam tædiosis, ingentem thesaurum vetustorum numismatum tam aureorum & argenteorum quàm ex alijs metallis conflatorum ac in tenebris iacentium, situ & squalore fere deperditorũ, conquisiuit & collegit, & ad bonæ fidei nummos illos veteres, viuas ferme omnium Imperatorum, eorum vxorum, liberorum & Tyrannorum omnium, qui Imperium Romanum sæpe vi & dolo ausi sunt inuadere, Imagines & Symbola vsque ad

D.N.

D. N. Cæſarem MATTHIAM in æs fideliter, & ad ipſos archetypos quã proxime accedentia, incidi curauit, iiſque ſuccinctam eorum natiuitatis, curriculi vitæ, rerum à ſingulis vel benè vel malè geſtarum & mortis narrationem attexuit, eo fine, vt tandem hoſce ſuos labores prelo typographico ſubiiceret, ſanctiſque Sacri Imperij Romano-Germani Ordinibus omnibus & ſingulis debitâ animi ſubiectione & obſeruantiâ dedicaret & offerret. Verùm cum hoc animi ſui propoſitum ob immaturã mortem qua abreptus fuit, facto ipſo exprimere non potuerit, ego poſt obitũ eius, inter ceteros ingenij præclaros ipſius fœtus, hoc opus integrum, ſuiſque numeris abſolutum inueniens, arbitrabar ex gratitudinis lege mearum partium eſſe, ſi opus prædictũ, præſertim cui vltima ipſius Authoris manus ſeu lima acceſsiſſet, tanquam vtilem quendam laborem, à tenebris & interitu pro mea virili vindicatũ, in poſterorum vtilitatem luce publicâ donarẽ, totiuſque Imperij Romano-Germani ſplendidiſsimis & auguſtiſsi-

mis Luminibus, tùm quod hæreditario iure ad ea pertineret, tùm quod obſeruandi & dilecti mei Parentis conſilia poſthuma me inſtigarent, humilima animi ſubmiſſione inſcriberem, nuncuparem & deuouerem.

Aſpicite ergò, oro, obſecro, obteſtor, præſereniſſimâ, ſereniſſimâ ſerenâque fronte, Imperator inuictiſſime, Diue MATTHIA, SuperIlluſtriſſimi Reuerendiſſimi Archiepiſcopi, iidémque Archiprincipes, Electores, Illuſtriſſimi Principes & Duces, Epiſcopi, Præpoſiti, Abbates, Comites, Barones, Equites, Nobiles, Domini, Ciuitates, ac præclementiſſimo, clementiſſimo, clementique animo haſce Parentis mei p. m. lucubrationes, ſumptus & labores, externa quidem ſpecie munus leuidenſæ, ac maieſtate, celſitudineq; veſtra indignũ, ſed tamen in ſingularem omnium hiſtoriarũ & antiquitatis amantiũ vtilitatem vnice ſuſceptum & ſcriptum, idq; contra momorum & maleuolorum morſus prçclementiſſimè, clementiſſimè & clementer defendite, me veſtro fauore proſequimini, mihique veſtrâ gratiâ,

gratiâ, humanitate & patrocinio anſam præbete, vt deinceps de Sacro Imperio Romano-Germano pro viribus bene mereri potius exciter quã deſertus æternas antiquitatis laudes poſthac taceam. Quod vt fieri poſſit, Deum O. M. quanta maxima poſſũ animi contentione precor, obteſtorque orando & rogitando, vt is Cæſariæ T. M. Præclementiæ, Celſitudini, Clementiæ, Generoſitati, & Dominationi veſtrę largiatur Vitam, Salutem & Victoriam. Francofurti ad Mœnum, Cal. Ianuarij, 1615.

S. Cæſariæ T. M.


Præclementiæ,
Celſitudini,
Clementiæ,
Generoſitati,
Dominationi V.

Subiectiſſimus,

OCTAVIVS de STRADA
à Roſberg.

AD BENEVOLVM Lectorem

PRÆFATIO.



AMETSI, Beneuole Lector, in operis huius veſtibulo quædam de Romanæ Monarchiæ origine in medium adferri, integræ vitarum ſingulorum Imperatorum narrationes inſtitui, rerum ab illis vel præclarè vel ſecus geſtarum plenæ hiſtoriç pertexi debuiſſent: tamen quia præſens liber viuas tantum omnium Romanorum Imperatorum imagines (prout ex vetuſtiſſimis, aureis, argenteis, & æneis numiſmatibus bonâ fide deſumi, & in charta genuine delineari potuerunt) præcipuè exhibere debebant; non neceſſarium mihi videbatur, vt præter illam ſuccinctam, quæ ſingulis Iconibus ſubnexa eſt, narrationem, integræ hiſtoriæ ſingulorum Imperatorum his ſubiungerentur, cum ne opus in nimiam molem excreſceret, tùm quod alii de hac materia integra volumina conſcripſerint, & à capite ad calcem hiſtorias Imperatorum perſecuti ſint; propterea ſi prolixiorem recenſionem expetas, te eo, beneuole Lector, remiſſum volo. Nec putes, operis huius Authorē ſuo labore gloriolam aliquā venari voluiſſe, ſiquidē hîc præter effigies nihil noui habebis, nihil etiā Author ex ſuo ipſius ingenio operi huic adiecit; ſed quicquid inibi rerum eſt, ex aliis & quidē claſſicis ſcriptoribus, quorum Catalogum ſequens pagina tibi ob oculos ſtatuit, eodem iure, quo hi ex aliis ſua excerpſerunt, deſumptum eſt. Voluit itaque Author huius operis commentatione, tuum tuique ſimilium ſtudium excitare, vt in eiuſdem generis argumento ingenii veſtri vires experiremini, & induſtriâ veſtrâ poſteris noſtris quoq; relinqueretis, quod hi in vobis & mirari & imitari poſſent. Quod ſi expectationi tuæ non omni ex parte ſatisfactū ſit, & vel lineamenta non ſatis genuinè expreſſa, vel aliū quendā errorem irrepſiſſe dictitare poſſes, id pro tua facilitate vel ipſis antiquitatib. prototypis, quod tales fuerint, vel ſculptori aſcribe; conatum vtriq; nec reprehendes, nec ſua laude defraudabis, & vel meliora ſubſtitues, vel intra cancellos æquanimitatis temet ipſe continens, nihil quicquam loci momicis cogitationibus relinques. Vale.

AVCTO-

AVCTORES, QVIBVS PRÆcipuè in hoc opere vsi sumus.



Caius Julius Cæsar.
C. Velleius Paterculus.
Plutarchus Charoneus.
Josephus Iudæus.
Pub. Cornelius Tacitus.
C. Suetonius Tranquillus.
Theophilus Episcopus Antiochenus.
T. Flauius Clemens Alexandrinus.
Q. Septimius Florens Tertullianus.
Tatianus Assyrius.
Dion Cassius Nicæus.
Herodianus Grammaticus.
C. Iulius Capitolinus.
T. Ælius Lampridius.
Trebellius Pollio.
T. Flauius Vopiscus.
L. Ælius Spartianus.
Vulcatius Gallicanus.
Eusebius Pamphili Episcopus Cæsariensis.
Sex. Aurelius Victor.
Hieronymus presbyter S. R.E Stridoniensis.
Rufinus presbyter Ecclesiæ Aquilegiensis.
Macrobius Aurelius Theodosius.
Fl. Eutropius.
Ammianus Marcellinus.
Epiphanius Episcopus Salaminę Cypriorum.
Paulus Orosius.
Zosimus Gazęus, vel Ascalonita.
Prosper Aquitanicus.
Theodoritus Episcopus Cyrensis.
Socrates Scholasticus Constantinopolitanus.

Her-

Hermius Sozomenus Salaminius.
C. Sollius Sidonius Apollinaris.
Theodorus Lector.
M. Aurelius Cassiodorus.
Procopius Rhetor Cæsariensis.
Agathius Scholasticus Smirnæus.
Jordanus Golthus.
Marcellinus Comes V. C.
Euagrius Scholasticus.
Registrum S. Gregorij Papæ VI.
Beda Anglosaxo.
Paulus Warnefridus Diaconus.
Eginardus Cancellarius Caroli Magni Imperatoris.
Theophanes Isaurus.
Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus.
Anastasius monachus & Bibliothecarius S. R. E.
Witichindus Saxo.
Reginomonachus, & qui eum suppleuit
Liutprandus Ticinensis.
Hermannus Contractus.
Lambertus Scaffnaburgensis.
Annonius de rebus gestis Francorum, & qui eum suppleuerunt.
Joannes Zonaras.
Otto, & Radevvicus Frisingenses.
Sigebertus monachus Gemlacensis, &
Robertus Abbas Montis, qui eum suppleuit.
Wilhelmus Archiepiscopus Tyriorum, & qui eum suppleuit.
Abbas Vrspergensis.
Albertinus Mussalus Patauinus.
Matthæus Villanus, & Ioannes Villanus.
Theodoricus à Nyhem Germanus.
Leonardus Arretinus.
Blondus Flauius Forotuliensis.
Nicephorus Callixtus Xantopolus Constantinopolitanus.
Alberti Argentinensis Chronicon.
Pius Papa II.
Jo. Candidus de rebus Vtinensibus.

Diuus

Diuus Antoninus.
Matthæus, & Matthias Palmerij.
Joannes Pontanus.
Georgius Merula Alexandrinus.
Raphael Volateranus.
Albertus Crantzius Saxo.
Bernardinus Comes Mediolanensis.
Pandulphus Colenucius Pisaurensis.
F. Jacobus Philippus Bergomas.
Chronicum Norimbergense.
Joannes Nauclerus Tubingensis.
M. Antonius Sabellicus.
Jo. Cuspinianus Germanus.
Paulus Jouius Nouocomensis, Episcopus Nucerinus.
Petrus Marenus in Genealogia Caroli V. Imp.
Æneas Vicus Parmensis, Antiquarius Ducis Alphonsi Ferrariæ.
Onuphrius Panuinius, Veronensis, Monachus Augustinianus.
Jacobus de Strada, Ciuis Romanus Antiquarius Impp. Ferdinandi, Maximiliani & Rudolphi.

ROMA-

ROMANORVM PRINCIPVM, ET EORVM, QVORVM MAXIMA IN ITALIA IMPERIA FVERVNT,


Liber I.

IMPERATOR C. IVLIVS, C. F. C. N. CÆSAR, Conſul perpetuus, Parens Patriæ, Primus Populi Romani IMPERATOR.

AVREA NVMISMATA C. IVLII CÆSARIS.

1





2





CAI. Iulius, C. F. Cæſar, natus eſt Romæ IV. Iduum Quintilis, C. Mario, C. F. VI. & Lucio Valerio Coſſ. Anno ab Vrbe Condita DCLIV. Imperare cæpit die prælii ad Pharſalum in Theſ-

ſalia,circaCalendas Iulias:annoVrbis Conditæ DCCIV. Imperauitannos III. menſes VIII. & dies aliquot. Occiſus eſt Romæ in curia Pompei, dum Senatum haberet Idib. Martiis, Vixitannos LV, menſes VIII, & dies IV. Sepultus in campo Martio,&primus omnium poſt Romulum Diuus appellatus eſt, atque conſecratus. Fuiſſe traditur Cæſar excelſa ſtatura, colore candido, teretibus membris, Ore paulo pleniore, nigris oculis, capite caluo, valetudine proſpera, in extrema ætate vertiginoſus, In cibo & potu inſignis parſimoniæ, vinique parciſſimus, rei militaris peritus, conſtans & ſeuerus, & in primis clementia longe clariſſimus.

CÆSARIS DICTATORIS VXORES.

IV.

COSSVTIA diues admodum, ſed è familia equeſtri, puero pene adhuc Cæſari deſponſata fuit, quam, Lucio patre amiſſo, per renuntiationem in ſponſalibus dimiſit.

CORNELIA, Cinnæ quater conſulis filia fuit, ex qua Iuliam filiam genuit Hanc Corneliam vxorem Cæſar mirùm amauit, vtq; eam repudiaret, nulla re à Sylla Dictatore perſuaderi potuit, aut compelli, imo defunctam pro roſtris laudauit oratione cultiſſima: magnam hinc popularem beneuolentiam aſſecutus: Eius etiam fratrem L. Cinnam, exulantem quod in ciuili diſcordia Lepidum ſecutus fuerat, reduxit.

IVLIA, Cæſaris & Corneliæ filia, C. Pompeio, poſt reconciliationem, licet antea Seruilio Cepioni deſponſata fuerat, in matrimonium collocata eſt. Mirus fuit Pompei in hanc amor, adeo, vt ingruente bello ciuili, ab amicis vrgentibus, quo eam à ſe dimitteret, non induci potuerit. Immaturum hæc edidit partum. Nam comitialibus ludis, cum ſaucii quidam cæſique nonnulli, ad Pompeium veniſſent, eumque ſanguinis contactu cruentaſſent, veſtem mutandam petiit: qua in re cum tumul-

tumultus seruulorū Iuliam portantium, cursusque permagnus fieret, illa, quæ tum grauida erat, toga inspecta cruenta, collapsa semianimis est, vixque id tulit. Ex hac turbatione metuque, immaturum ferunt partum editum, Iterum ea grauida facta, fœmininam peperit prolem, atque è dolore pariendi mortem obiit, cui honos maximus à populo est habitus, vt in campo Martio sepeliretur. Filiola etiam non multos post dies matrem secuta est.

POMPEIA Q. Pompei filia, L. Syllæ neptis, quam Cæsar in locum Corneliæ ductam repudiauit, diuortiumque fecit, ob Pub: Clodium, muliebri habitu in sacris Bonæ Deæ deprehensum, qui deperisse eam ferebatur, atque adulterasse.

CALPHVRNIAM L. Pisonis filiam, qui se in consulatu sequebatur, Cæsar in vxorem duxit. Vltimum hoc ipsius fuit matrimonium, in eo enim occisus est. Hæc multum Cæsarem amauit, plurimumque eo die, quo in Senatu occisus est, somnio territa (Nam maritū in gremio suo confodi somniabat) hortari cæpit, ne curiam ingrederetur. Post Cæsaris vero occisionem, ad ædes M. Antonii se contulit, cum pulcherrimam orationem pro rostris de laudibus Cæsaris habuisset, pecuniam à Cæsare relictam transtulit, & penes eum deposuit.

CONCVBINÆ C. IVLII CÆSARIS.



CLEOPATRA Ægypti Regina, à Photino regno

 eiecta,

eiecta, Cæsarē ad se amandam allexit: qui splendore formæ, & quadā sermonis gratia victus, eam non nisi maximis honoribus, prçmiisq; auxit, ac ita fratri recōciliauit, vt pariter regni gubernacula teneret. Mox M. Antoniū quoque Imperium Ægypti occupantem, obsequio corporis deuinxit. In bello ab Augusto & Antonio gesto, cum essent superati, Alexandriam confugerunt: vbi se Antonius interfecit. Cleopatra viua capta, cum asseruaretur in triumphum, paulo post in vinculis, alii dicunt in sepulchro Antonii viri sui, clam admotis serpentibus vberibus suis, concidit, Anno ætatis suæ trigesimo nono.



CÆSARIVS C. Cæsaris ex Cleopatra filius. Hunc C. Cæsar suo nomine appellari passus est, ab Augusto est interfectus.

EVRIES Maura, Bogudis Regis Mauritaniæ vxor, à Cæsare adamata, multis ab eo beneficiis affecta est. Huius vir Bogud Rex Mauritaniæ, in bello Africo enixe iuuit partes Cæsaris.

LVCIVS CÆSAR. Cæsaris Dictatoris pater, Prætor, & prætura populi Romani functus, filio agente annum decimum sextum, Pisis, dum mane calcearetur, nullis euidentibus causis, nulloq; manifesto morbo extinctus est.

AVRELIA, C. Cottæ filia, Cæsaris mater, fœmina primaria, singulari pudicitia mulier, pure & eleganter

ter

ter Romane loquens. P. Clodium amore captum Pompeiæ vxoris Cæſaris, muliebri habitu indutum, & ſacra bonæ Deæ nocturno tempore ingreſſum deprehendit, eumq; fugere coëgit.

MARTIA Iuliæ Cæſaris amitæ mater, ex qua generis Regii ſe eſſe dicebat, originem nempe trahente ab Anco Marcio, quarto Romanorum Rege.

IVLIA L. Cæſaris & Aureliæ filia, Cæſaris Dictatoris Soror, fœmina pudica, M. Accii Balbi Aricini, Senatoris clariſſimi vxor, C. Octauiani Auguſti auia.

IMP. CÆSAR DIVI. F. AVGVSTVS PONTIFEX. Maximus tribuniciæ. poteſtatis XXXVII. Coſ. XIII. Pro. Coſ. P. P. Imperator. XXI.

AVREVM NVMISMA.











Cæſar Auguſtus natus eſt Romæ, regione Palatii, ad capita Bubula, paulo ante ſolis ortum IX. Cal. Octobris. M. Tullio M. F. Cicerone, & C. Antonio M. F. Coſſ. Anno ab vrbe condita DCXCI. Conſul ſuffectus primum creatus eſt ex S. C. XIV. Cal. Septembris Anno vrbis DCCXI. III. vir. R. P. C. Cum Marco Antonio, & Marco Lepido ſeipſum creauit. v. Cal. Decembris eodem anno, in agro Bononienſi. II. III. vir. R. P. C. creatus eſt. Cal. Ianuarii, cum M. Antonio & M. Lepido. Anno DCCXVII. In Triumuiratu vixit annos x. & dies xxxv. Imperare cœpit, victo ad Actium M. Antonio M. F. IV. Nonis Septembris, quum ipſe III. & M. Valerius. M. F. Meſſalla Coſ. eſſent. Anno vrbis DCCXXIII. Imperauit annos XLIII. menſes XI. & dies XVIII. Coniunctim autem Imperauit, ab eo die quo primum Conſul creatus eſt annos LVI. obiit Nolæ in Campania, XIV. Cal. Decembris. Sepultus Romæ in Mauſolæo ſuo

in

in Campo Martio, à Tiberio consecratus. Vixit annos LXXV. menses X. & dies XXVI. Fuit Augustus statura breui, corpore toto pulcher, & forma eximia per omnes ætatis gradus. Lenocinii omnis negligens, vultu Sereno tranquilloq;, oculos habuit glaucos, claros ac nitidos, dentes raros & exiguos, capillos leuiter inflexos & subflauos, supercilia coniuncta. Crure sinistro non perinde valebat, sæpius enim claudicabat, Disciplinas omnes amabat: Eloquentiæ prima ætate fuit studiosissimus. Multa opera & pedestrem & solutam scribebat orationem, Græcarum literarum miro tenebatur amore. Eruditos sui seculi maxime fouebat. Parsimonia in victu, in supellectile & vestimentis, summa continentia erat, nisi quod in adolescentia, aliqua, non tamen libidine, sed ratione commisit adulteria, In partibus tamen cæteris vitæ continentissimum fuisse constat, ac sine suspicione vllius vitii.

IMPERATORIS CÆSARIS, vxores. IV.

SERVILIA ex Pub. Seruilio, cognomento Isaurico II. Cos. filia, Octauiano adolescenti nupsit, verum postquam reconciliatus est cum Marco Antonio post primo natam inter eos simultatem, militibus vtriusque expostulantibus quo ex necessitudine aliqua amicitia stabiliretur corroboraretur que repudiata fuit.

CLAVDIA P. Clodii & Fuluiæ filia, M. Antonii priuigna, vt post proscriptionem Antonius & Augustus necessitudine aliqua necterentur, vix dum nubilis, Augusto in vxorem data est. Simultate deinde cum socru exorta, ante bellum Perusinum, intacta adhuc virgo, ab Augusto dimissa est.

SCRIBONIA de familia Libonũ, nupta ante duobus consularibus viris, ex altero, mater, vxor Octauiani Au-

gufti, mater Iuliæ peruerfitate morum plane intolerabilis, ob id ab Imperatore Augufto repudiata.

NVMMVS ÆNEVS LIVIÆ DRVSILLÆ.



LIVIA DRVSILLA Tiberio Neroni antea nupta, ex quo etiam Tiberium & Drufum Nerones fufcepit, Augufto petenti in matrimonium collocata, vnice & perfeueranter ab Augufto dilecta fuit. Nihil liberorum ex eo habuit. Fœtus conceptus, immaturus eft editus. Mulier comis ad extremam ætatem vixit. Octuagefimum annum fine vllo morbo attigit. Mortua, elata eft adhibitis quibufdam imaginibus cum luctu mulierum Romanarum ad annum, iuffu Senatus.

Collegæ Diui Augufti in Triumuiratu,

MARCVS ÆMILIVS LEPIDVS. M. F. Q. N.

III. Vir. R. P. C.

AVREA MONETA LEPIDI.



Poft



Poſt diuerſa bella geſta inter M. Antonium, Lepidum & Auguſtum, Lepido in triumuiratu ceſſit Iberia & Libya: decretumque eſt Lepidum in futurum Conſulatum gerere; & ob ingruentes neceſſitates in Vrbe moram agere, primus proſcripſit P. Lepidum fratrem. Ei cum per diuiſionem Imperii Africa permiſſa eſſet, Cæſar ob negligentiam & inſolentiam priuatum tum Imperatoris loco, relicto ei tantum Pontificatu maximo, Romam miſit, vbi ille qui Imperium tenuerat, ex triumuiris quondam vnus, ingloriam vitam egit.

VXORES M. LEPIDI
III. Viri.

TERTIA IVNIA Marci Lepidi vxor, ſoror Marci Bruti ex qua ſuſcepit filium eodem, quo ipſe, nomine appellatum. Hic cum res nouas moliretur contra Cæſarem, ab eodem extinctus eſt.

SERVILIA altera M. Æmilii Lepidi vxor. Hæc ad exemplum Porciæ Catonis filiæ, & M. Bruti coniugis deuorato igni viuo, cum ferrum ei non daretur, vt caſtiſſimum amorem deſideriumque mariti teſtaretur, præmatura morte ſempiternam laudem conſequuta eſt.

M. AN-

M. ANTONIVS. M. F. M. N. III.
Vir. R. P. C.



M. Antonivs Conſul, partium Cæſaris, ciuilibus bellis opprimere Cæſaris interfectores, quibus Senatus fauebat, cõnebatur: turbata hic rep. multaq; ſcelera committens, à Senatu hoſtis iudicatus eſt. Miſſi ſunt aduerſus eum, Coſſ. Panſa & Hircius, & Auguſtus XVIII. annorum: vincitur; ſed Lepido operam dante, cum Auguſto pacem facit: diuiditur Reſpub. Antonius Aſiam, Pontum, orientem ſortitur: deinde repudiata ſorore Auguſti, Cleopatram vxorem ducit, ex qua ſuſcipit vnico partu Solem & Lunam: (ſic enim vocauit gemellos. marem & fœmellam) contra Perſas pugnat, vincit. Cleopatra itaque muliebri cupiditate optans Romę quoque regnare, Antonium ad ſuſcipiendum bellum ciuile cogit: vincitur ab Auguſto nauali pugna apud Actium in Epiro: fugit in Ægyptum vbi ſeipſum interemit. Cleopatra aſpidem admittit, cuius veneno extinguitur, anno mundi 3934. ante Chriſtum 28.

VXO-

VXORES MARCI ANTONII *III. Viri.*

ANTONIA C. Antonii Hybridæ filia; vxor M. Antonii, ex qua nullos habuit filios.

SEPTIMIA M. Bambolionis filia quæ similiter ei nullam sobolem procreauit.

FVLVIA, relicta Publii Clodii, ex hac duos filios suscepit. Iulium Antonium & M. Antillum. Hæc autem, vt fertur, fuit admodum mulier ambitiosa, & contentiosa, prædita animo virili, ita vt absente M. Antonio marito in Syria, ipsa gladio accincta imperatricis fungeretur officio, militesque Caii Octauii Cæsaris, contra quem cum L. Antonio bellum in Italia gerebat, ad defectionem solicitaret: expulsumq; Italia M. Antonium vt Cęsari bellum inferret, summo studio incitaret: quod & factum esset, nisi ipsa, fax funesti belli, peropportune Sicyone mortua fuisset.

OCTAVIA MINOR, patre Octauio, & matre Ancharia nata, soror Augusti Cæsaris. M. Antonii vxor IV. ex qua ei natæ sunt, Antonia Maior, & Antonia Minor. Deinde Marco Marcello iuncta, duas filias, & C. Marcellum filium Augusti generum genuit. Mortua est hæc Iulo Antonio & Q. Fabio Maximo Africano Coss.

CLEOPATRA ÆGYPTI REGINA, M. ANTONII *III. Viri vxor.*

NVMISMATA AVREA.



CLEO-



15



Cleopatra Ægyptiorum Regina. Hæc quidem Antonii III. Viri vxor non fuit legitima, sed potius Concubina. Hanc autem summo prosequutus est amore, ex qua ei nata est Cleopatra Luna, regis Iubæ vxor, & Alexander cognominatus Sol: primo partu gemellos, altero partu itidem filium in lucem edidit, nomine Ptolomæum, cui Antonius multas prouincias assignauit: Hęc Cleopatra regina, à Cæsare Augusto cum Antonio deuicta fuit, eoque mortuo sibi ipsis aspidibus admotis mortem intulit, & cum eodem regio monumento condita, vt videre est supra.

ANTONIVS EX TRIBVS VXORIBVS VII. liberos suscepit.

M. Antonivs Anthillvs Antonii ex Fuluia filius, hic perliberalis & humanus fuit. Hunc Antonius pater iam victus ad Actium à Cæsare, cum magno auri pondere misit ad Cæsarem, sperans se adhuc pacem impetraturum. Sed, re infecta, C. Octauianus Cæsar accepto auro ipsum Antillum patre Antonio iam defuncto interfici iussit.

Ivnivs vel Ivlvs Antonivs alter Antoniis ex Fuluia filius. Hic ab Octauia Minore, Cæsaris sorore, sua nouerca, honeste educatus est, vt ipsius auxilio apud C. Octauium Cæs. post Agrippam & Liuiæ filios primas partes facile obtineret, eique suam filiam ex Marcella,

cella, quam M. Agrippa repudiauerat, nempe Marcellam minorem in matrimonium collocaret, qui ex ea quoq; filium L. Antonium suscepit. Consul quoque factus est anno vrbis Conditæ DCCXLIII. cum Q. Fabio, Q. Fabii Maximi collega.

FILIÆ M. ANTONII III. Viri & Octauiæ.

ÆNEVS NVMMVS ANTONIÆ MAIORIS.

ANTONIA AVGVSTA

TI. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. S C

ANTONIA MAIOR, M. Antonii & Octauiæ filia: hæc in matrimonium elocata est L. Domitio Ænobarbo, ex quo suscepit filium CN. Domitium, patrem Neronis Imperatoris.

NVMISMA AVREVM ANTONIÆ MINORIS.

ANTONIA AVGVSTA

SACERDOS DIVI AVGVSTI

ANTONIA MINOR altera filia M. Antonii ex Octauia

ctauia minore: hæc, pudicitia & forma insignis, nupsit Druso Liuiæ filio, Cæsaris Augusti priuigno, qui postea Augustus factus, eam quoque Augustam appellauit. Ex hac nati fuerunt Claudius & Germanicus Cæsares, quorum Claudius postea Imperauit.

LIBERI MARCI ANTONII III. Viri, EX Cleopatra Ægypti Regina.

ARGENTEVS NVMMVS
ALEXANDRI.



ALEXANDER cognominatus Sol, Antonii ex Cleopatra filius, qui eodem cum Cleopatra Sorore partu in lucem editus est. Hunc Cæsar Romam adduxit, vbi cum aliis Antonii liberis ab Octauia educatus est. Antonius cum adhuc esset in viuis, huic Armeniam, Mediam, & Parthiam prouincias attribuit.

ÆNEVS

ÆNEVS NVMMVS CLEOPATRÆ IVNIORIS.




Cleopatra cognominata Luna. Hanc eodem cum Alexandro partu Cleopatra ex M. Antonio grauida procreauit: hanc forma insignem Octauia apud se liberaliter educatam, Iubæ regi Mauritaniæ pulcherrimo & humanissimo adolescenti in vxorem tradidit, qui ex ea Ptolomæum genuit, quem Caligula Imperator accersitum è regno, honorificeque exceptum, non alia de causa repente percussit, quam quod edente se munus ingressum spectacula, hominum oculos fulgore purpureæ abollæ in se conuertisse animaduertit. Hanc quidam Helenen, alii Selenen appellant. Antonius pater viuens ei Cyrenaicam attribuit.

Ptolomævs Antonii & Cleopatræ filius Iunior, cui Antonius in diuisione prouinciarum Phœniciam, Syriam & Ciliciam assignauit. Hic Cleopatra & Antonio defunctis, à Cæsare adductus Romam, sub Octauiæ nouercæ imperio honeste & liberaliter educatus est.

QVI SVB DIVO AVGVSTO, QVORVM *nummi extant, fuerint.*

NVMMVS ÆNEVS AGRIPPÆ COS. ET GENERI AVGVSTI.



M. VIPSANIVS AGRIPPA, L. F. gener Augusti Cæsaris, non splendido genere natus, sed ob virtutes plurimas, resq; bello præclare gestas illustris, ab Augusto vniuersæ suæ classi contra Sextum Pompeium præficitur, vbi tandem victor remansit, & pro remuneratione ab Augusto corona rostrata, & vexillo cæruleo ornatus est. Tandem, suadente Mecænate, Augustus etiam M. Agrippæ Iuliam filiam nuptui dedit, exorante prius Octauia sorore, vt sibi genero cederet. Nam tunc Agrippa Marcellam eius filiam, & quoque ex ea liberos habebat. Post aliquot annos autem reuersus Agrippa ex Pannoniis in Campaniam, in morbum incidit, ibique mortuus est: funus Romam delatum, & ab Augusto in foro propositum laudauit, & in suum Mausolæum condidit.


VXORES M. AGRIPPÆ, & eiusdem liberi.

CÆCILIA ATTICA, ex qua Vipsaniam Agrippinam filiam genuit, quæ postea Tiberii Imper. coniunx fuit.

MAR-

MARCELLA maior C. Claudii Marcelli ex Octauia Minore filia, ex hac suscepit M. & L. Agrippas. Hanc repudiare coactus est ab Augusto, qui ei Iuliam filiam suam matrimonio copulauit.

MONETA ÆNEA IVLIÆ
Aug: F.



IVLIA Augusti & Scribonię filia, primum M. Marcello Octauiæ sororis Augusti filio; vix pueritiam egressо, nupta. Eo mortuo intercessione Octauiæ, M. Agrippæ in vxorem tradita. Ex quo Caium & Lucium, statim à partu ab Augusto adoptatos, quorum vnus in Lycia, alter in Massilia periit, & Agrippam Posthumum, suscepit. Filias quoque duas, Iuliam & Agrippinam, omnibus stupris flagitiisque expositas quas in Insulam Pandateriã, cum filia, vbi & vini, ac omnis delicatioris cultus vsus ipsis adeptus fuit, August⁹ relegauit. M. Agrippa Iuliæ filius, ob ingenium sordidum, & ferox abdicatus, Surrenti est sepultus, Ex Surrento in Insulam, tanquam in locum deteriorem deportari iussus est. Senatusconsulto etiam cautum, vt eodem in loco in perpetuum asseruaretur.



ÆNEVS NVMMVS CAII
& Lucii Caeſ.



Caivs Ivlivs Cæsar, M. Agrippæ & Iuliæ filius, Auguſti & Scriboniæ ex filia nepos, fraterq; Lucii Cæſaris & M. Agrippæ Poſthumi, ac Iuliæ: natus Romæ. M. Apuleio, & Silio Nerua Coſſ. cum ageret annum xiv. Conſul deſignatus, & Princeps iuuentutis appellatus eſt. Eundem paulo poſt Auguſtus conſulem iterum deſignatum ad prouincias & exercitus cum imperio proconſulari miſit in Aſiam & Syriam, vbi multa præclara geſſit. Poſt hæc, Caius Armeniam ingreſſus, prima introitus ſui initia proſpera habuit: mox in colloquio circa Artageram oppidum grauiter ab Addone præfecto circum tempora vulneratus eſt. Ex eo tempore corpus minus habile nec animum ſat vtilem ad Rempublicam habuit, ideoque ab Auguſto, petens vt priuati vitam agere liceret, reuocatus eſt. Demum cum Caius reditum pararet in Italiam, inualidus adhuc ex vulnere, & graui morbo correptus, Lymire (quæ eſt vrbs Lyciæ) fato extinctus eſt. Corpus eius à Tribunis militum Romam perlatum eſt. Cineres eius in Mauſolæo reconditi ſunt.



VXOR

VXOR CAII IVLII Cæsaris.

Livia Drusi Germanici ex Antonia Minore filia, vxor C. Iulii Cæsaris, quæ postea nupsit Druso Tiberii Cæsaris ex Vipsania Agrippina filio.

Lvcivs Ivlivs Cæsar, Marci Agrippæ & Iulię filius, eodem anno quo Caius ab Augusto in filium per æs & libram à patre Agrippa emptus, adoptatus est. Hunc postea Augustus in XII. consulatu suo productum virili toga donauit, Princepsq; Iuuentutis appellatus ac Consul designatus est. Lucius ergo Augustus ad Hispanienses exercitus cum Proconsulari imperio misit, qui valetudinis incommodo detentus, toto fere hoc anno in Gallia Massiliæ substitit, ibidem morbo consumptus obiit, cum iam annum ageret XVI. postea corpus eius & fratris Caii Romam allatum est à Tribunis militum, ibique reliquiæ & cineres eius Mausolæo illati.


Marcvs Agrippa Posthvmvs M. Agrippæ & Iuliæ filius, frater Caii & Lucii Cæsarum, fuit rudis ingenio, moribus asper, immitis, ferox, corpore robustus, ideoq; Augusto auo minus charus. Hunc Cæsar adoptauit cum Tiberio priuigno. Postea togam virilem ab Augusto accepit, Princeps Iuuentutis tamen appellatus est vt ius in Equites Romanos haberet. Noluit vt Consul designaretur, quod in Caio & Lucio fecerat: adiecit solummodo, eum quandoq; in honore habendum, siquidem mereretur. Sed postea mira animi prauitate insignis, corporisque magnitudine ac robore stolide ferox, maris imperium sibi (vtpote oriundo M. Agrippa, duabus pręcipue victoriis, Sicula scilicet ac Actiaca nobilitato) deberi iactabat: eo etiam vesaniæ prolapsus, vt Neptuni nomen assumeret: Quibus ex causis Augustus iratus Agrippam ex familia & gentilitate

ſua abdicatum, Surrenti cuſtodiæ incluſit. Hunc, defuncto Auguſto, Tiberius interficiendum curauit, quaſi id faceret iuſſu Auguſti.

IVLIA M. Agrippæ & Iuliæ filia, Auguſtique neptis. Hæc Lucie Paulo L. Pauli Cenſoris filio nupſit. Ex hoc grauida facta Æmiliam Lepidam filiam peperit, quæ poſtea Claudio Imperatori in matrimonium data eſt: poſtea quoque hæc Iulia Auguſti neptis iuſſu ipſius relegata eſt in Tremerum maris Hadriatici inſulam, propterea, quod adulterii cum D. Iunio Silano conuicta eſſet. Auguſtus quoque infantem (cui nomen fuit L. Paulus) ſicuti & matrem eius, ſuo ſepulchro poſt mortem inferri prohibuit. Obiit ibidem poſt vigeſimum exilii annum.

NERO CLAVDIVS DRVSVS *Germanicus Cæſar.*

NVMMVS ÆNEVS DRVSI CÆSARIS.



NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS, patre Tiberio Nerone, matre Liuia Druſilla natus, frater Tiberii Imperatoris, pater Claudii Cæſaris, miſſus in Germaniam, eam prouinciam domuit, collapſus equo, fractoq; crure inter Salam & Rhenum fluuios victor mortem oppetiit, Mortuiq; cadauer Romam delatum, & in campo Martio in Auguſti Mauſolæum illatum eſt.

DRVSI

DRVSI VXOR.



Antonia minor, Marci Antonii & Octauiæ sororis Augusti filia, Drusi Cæsaris vxor, ex quo plures habuit liberos, tres tamen post se reliquit, Germanicum, Lucillam, & Claudium Imperatorem.

GERMANICVS CÆSAR.

GERMANICI CÆSARIS
NVMMVS AVREVS.



Germanicvs Drusi & Iunioris Antoniæ filius, à Tiberio patruo iussu Augusti adoptatus est: quinquennio quæsturam, post eam consulatum gessit. Missus ad exercitum in Germaniam, obitu Augusti nunciato, vniuersis Legionibus Tiberium Imperatorem

ſtem pertinaciſſime recuſantibus, & ſibi ſummam Reipublicę deferentibus, Imperium ſuſcipere noluit. Conſul iterum deſignatus Armeniæ regem deuicit, Cappadociam in prouinciæ formam redegit. Annum agens XXXIV. diutino morbo correptus Antiochiæ, tandem fraude Tiberii (vt opinio fuit) obiit. Vir omnibus virtutibus prædītus.

AGRIPPINA GERMANICI VXOR.

NVMISMA ÆNEVM AGRIPPINÆ AVGVS.



AGRIPPINA M. Agrippæ ex Iulia filia, atque Augusti & Scriboniæ neptis. Hæc in matrimonium elocata eſt Germanico Cæſari, Neronis Druſi Germanici filio, Tiberii Cæſaris adoptiuo. Ex hoc ſuſcepit nouem liberos, quorum duo infantes, tertius, Caius nomine, puer obiit, Druſum Neronem, & C. Caligulam Imperatorem, filias tres, Agrippinam, Druſillam, & Iuliam. Poſt mortem Germanici in exilium miſſa eſt.

NVM-

NVMMVS NERONIS, ET DRVSI, ÆNEVS, FILII GERMANICI CÆSARIS.



TI. IVLIVS CÆSAR, DIVI AVGVSTI F. Diui Iuli N. Augustus Germanicus, Pontifex Maximus. Tribunic. Potest. XXXIIX. Cos. V. Imperator VIII.



TIBERIVS CÆSAR nat9 estRomæ in Palatio XVI. Cal. Dec. M. Æmilio, M. F. Lepido II. L. Munatio, L. F. Plāco Coss.

Coſſ. Anno vrbis DCCXII. Imperare cœpit Nolæ die obitus Auguſti, XIV. Cal. Septembris, Anno Chriſti XV. Imperauit annos XXII. menſes VI. & dies XXVI. Obiit in villa Luciliana, XVII. Cal. Aprilis, Cn. Acerronio Proculo, & Cn. Pōtio Nigrino Coſſ. Anno Chriſti XXXVIII. Sepultus Romæ in Mauſolæo Cæſarum, in Campo Martio. Vixit annos LXXVII. menſes IV. & diem I. Vir fuit corporis ampli ac robuſti, ſtaturæque proceræ, manu ſiniſtra agilior & validior, articulis ita firmis, vt recens & integrum malum digito terebraret, caput pueri, vel adoleſcentis talitro vulneraret, coloris candidi, naſo oblongo, prægrandibus oculis, quibus etiam in tenebris videbat, valetudine proſperrima. Confecto ſenio acceſſit incurua proceritas, nudus capillo vertex, vlceroſa facies, ac plerumque medicaminibus interſtincta, liberalibus artibus apprime eruditus, Latinæ & Græcæ linguæ eloquio inſignis, ingenio peſſimo, truci, auaro & inſidioſo.

VXORES TIBERII IMPERATORIS.

VIPSANIÆ AGRIPPINÆ MONETA ÆREA.



31




VIPSANIA AGRIPPINA, M. Agrippæ & Ceciliæ filia, neptis Pomponii Attici, equitis Romani, vxor Tiberii Imperatoris, ex quo ſuſcepit Druſum. Vnice & plurimum hanc amauit Tiberius, quam inuitus, & quidem

dem grauidam dimittere, Iuliamque filiam Augusti, cuius mores improbabat, ducere coactus est. Illam repudiatam deinde duxit in vxorem Asinius Pollio Gallus, quem fame necauit Tiberius.

IVLIA Augusti filia ex Scribonia, altera vxor Tiberii Imp. quæ, mortuo Agrippa, sic volente Augusto, Tiberio nupsit, qui Vipsaniam Agrippinam ideo repudiarat. Ex hac susceepit filium, qui infans extinctus est. Hanc post Augusti obitum ex exilio non reuocauit, sed inedia & fame peremit.

MONETA DRVSI
Aurea.



DRVSVS, Tiberii Neronis Imperatoris ex Agrippina naturalis filius, iuuenis admodum, morbo & intemperantia consumptus Romæ obiit. Tacitus veneno eum sublatum tradit, quod illi Seianus per Lugdum spadonem propinauerat, Quæstor fuit eo anno cum Germanicus Cæs. & C. Fonteius Consules essent.

DRVSI VXOR.

LIVIA siue Liuilla Germanici & Claudii Imp. soror, Drusi fratris Tiberii ex Antonia minore filia, vxor Drusi. Hæc erat initio ætatis forma indecora, post vero pulchritudine præcellebat. Hanc Seianus ad adulteriũ pellexit, & postquam primo flagitio potitus est, ne-

C que

que fœmina amiſſa pudicitia alia abnuit, eam ob coniugii ſpem,& conſortium regni,ad necem mariti impulit. Ex eo gemellos ſuſceperat Tiberium & Druſum præter alios liberos, & ob adulterium ſupplicio affe-cta eſt.

DRVSI ET NERONIS
Numiſma Æreum.



Tiberivs Tiberii & Iuliæ filius, Auguſtique nepos. Hic infans Aquileiæ mortem cum vita commutauit.

Tiberivs patre Druſo natus, Tiberii Neronis Imperatoris nepos.Hunc Caius Cæſar Caligula primo adoptauit,& principem iuuentutis appellauit. Hic fuit Gemellus cognominatus, quod cum fratre Druſo eodem partu in lucem editus fuiſſet, à Caio Caligula fratre necatus,ſicuti olim Tiberius auus prædixerat.

Drvsvs Druſi ex Liuia ſorore Germanici filius, Tiberii nepos,vno partu editus cum Tiberio fratre, infans obiit.

Ivlia Druſi ex Liuia filia, Tiberii Imperatoris neptis. Hæc primo fuit Neronis Germanici ex Agrippina filii vxor, eo necato, nuptiarum iure in domum Rubelli Blandi deuenit.

C.IV-

C. IVLIVS CÆSAR, DIVI AVGVSTI PRONEPOS

Auguſtus Germanicus. Pont. Max. Tr. Poteſ. IV. COS. IV. P.P. Imperator. II.

MONETA CAII. ÆNEA.



Caius Cæſar Caligula, natus eſt Antii prid. Calend. Septembris, Germanico Cæſare Ti. F. Diui Auguſti nepos patre ſuo, C. Fonteio C. F. Capitone Coſſ. Anno ab vrbe condita DCCLXV. Chriſti XIII. Imperare cœpit apud villam Lucilianam die obitus Tiberii Cæſaris, XVII. Cal. Aprilis, anno ab vrbe condita DCCXXCIX. Chriſti XXXIIX. Imperauit annos III. menſes X. & dies IX. Occiſus eſt Romæ IX. Cal. Februarii, ipſo IV. & Cneio Sentio. Cn. F. Saturnino Coſſ. Anno vrbis DCCXCIII. Chriſti XLII. ſepultus primo in hortis Lamianis Romæ: paulo poſt in campo Martio, in Cæſarum Mauſolæo repoſitus. Vixit annos XXIIX. menſes IV. & dies XXV. Vir fuit ſtatura eminenti, pallido colore, corpore enormi, gracilitate maxima ceruicis, cruribus curuis, oculis & tempo-

temporibus concauis, fronte lata, & torua, capillo raro, ac circa verticem nullo, hirsutus cætera. Vultum natura horridum ac tetrum, etiam ex industria præ se ferebat, componens eum ad terrorem, ac formidinem omnibus.

CAII CALIGVLÆ VXORES IV. & concubinæ totidem.

IVNIA CLAVDILLA, quam & Tacitus Claudiam appellat, M. Syllani nobilissimi viri filia, ante initium principatus C. Cæsari nupta, in partu obiit.

LIVIA HORESTILLA, C. Pisoni prius nupta. Hanc C. Cæsar è conuiuio abduxit, & mane gloriatus est vxorem instar Romuli sibi esse repertam, paucis vero diebus elapsis repudiauit, & repudiatam biennio post relegauit, quod repetiisse prioris mariti Pisonis vsum medio tempore videretur.

LOLLIA PAVLINA M. Lollii Caii filii Augusti Rectoris filia, antea C. Memmio, qui consularem exercitum regebat, nupta, facta mentione auiæ eius, vt quōdam pulcherrimæ, subito prouincia euocata, ac C. Cæsari coniuncta fuit: sed paulo post interdicto ipsi coitu in perpetuum, ab eo dimissa. Hanc deinde ipsa Agrippina Caligulæ soror necauit, propterea quod se Claudio aliquando nupturam sperauerat: ac caput eius ad se transferri, vt id cognosceret, iussit.

CÆSONIA, neque forma insignis, neque ætate integra, luxuriæ perditæ mulier, & ex alio trium filiarum mater. Hanc tanto ardore adamauit C. Cæsar, vt pelta & galea armatam, iuxta se adequitantem militibus ostenderet, amicis verò nudam. Ab hac medicamentum amatorium accepisse credebatur, vt valetudinem neq; corporis neque animi integram haberet. Sed C. Cæsare occiso, à Centurione Lupo gladio confossa est.

ENNIA

ENNIA NÆVIA, Macronis Præfecti Prætoris, cuius opera Tiberium interfecit, & Imperium adeptus est, vxor, Caii concubina. Hanc, Iunia Claudilla ex partu amissa, sollicitauit ad stuprum, pollicitus & matrimonium, si potitus Imperio fuisset. Idque iureiurando & chirographo promisit. Hanc deniq; interemit, sicuti & ipsius maritum Macronem.

DRVSILLA Germanici ex Agrippina filia, Augusti proneptis, Caii soror. Hanc ipse Caius Caligula frater virginem vitiauit, cum adhuc esset prætextatus. Aliquoties etiam ab auia Antonia, apud quam educabatur, in concubitu depræhensa fuit. Cumq; esset à Lucio Cassio Longino in vxorem ducta, paulo post illam ab eo abduxit, & pro iusta vxore palam habuit. Ea defuncta, iustitium indixit, in quo risisse, lauisse, cænasse cum parentibus, aut coniuge liberisve, capitale fuit. Ac mœroris impatiēs, cum noctu profugisset ab vrbe transcurrens Campaniam, Syracusas petiit. Vnde regressus propere rediit barba, capilloq; promisso. Nec vnquam postea quantiscunq; de rebus, nisi per nomen Drusillæ, iurauit.



AGRIPPINA Germanici ex Agrippina filia, Augusti neptis, sororque Caii Caligulæ, ab eodem fratre suo vitiata, & ab eodem exoletis suis prostrata ac in exilium acta fuit. Vxor deinde L. Domitii, mater Neronis Imperatoris facta.

IVLIA Germanici & Agrippinæ filia, M. Agrippæ ex Iulia neptis, ac Augusti proneptis, Caiique Caligulæ soror, ab eodem vitiata, & postmodum vt adultera ab ipso quoq; in exilium missa; Habuit alioquin maritum M. Vicinium P. Filium.

IVLIA DRVSILLA C. Cæsaris ex Cæsonia filia. Infantem per omnium Dearum templa C. Cæsar circumferens, Mineruæ gremio imposuit, alendamque commendauit. Hanc omnino ex se genitam, illo demonstrauit argumento, quod ferocitatem paternam imitaretur, & ludentium puerorum oculos infestis vnguibus peteret. Parentibus interfectis, illa quoque parieti est illisa: ac ita nefandissima tota soboles, ac integra domus è medio sublata est.

LIVIA nata ex Germanico, & priore Agrippina, cuius fraude necatum veneno virum fuisse scriptores tradunt. Ab ea Tiberius ad adulterium pelliciebatur: Ideo despectus ab Imperatore Tiberio fuit, Mater ipsa tormentis, supplicioq; afficiebatur, de hac supra plura.

NERO Germanici & Agrippinæ filius, frater C. Cæsaris. Hunc cum fratre Druso omnium criminationibus obnoxium reddidit, variaq; fraude inductum, vt & concitaretur ad conuitia, & concitatus perderetur, accusauit Tiberius Cæsar per literas. Declaratus hostis, in Insula Pontia fame periit.

DRVSVS item, sicut frater, vt prædictum est, Tiberio criminante, hostis iudicatus, in ima parte palatii fame necatus est.



TI. CLAVDIVS DRVSI. F. CÆSAR, AVGVSTVS Germanicus, Pontif. Maximus, Tribun. Poteſt. XIV. Coſ. V. Jmperator. XXVII. P. P. Cenſor.

CLAVDII NVMISMA ÆNEVM.



Claudius Imper. natus eſt Lugduni in Galliis, Calendis Auguſti, Iulo Antonio M. F. & Q. Fabio Q. F. Maximo Africano Coſſ. Anno vrbis DCCXLIV. Imperare cœpit Romæ, IX. Calend. Februarii, die cædis Caii, Anno vrbis conditæ DCCXCIII. Chriſti XLII. Imperauit annos XIII. mēſes VIII. & dies XX. Obiit Romæ in Palatio, veneno necat⁹ ab vxore Agrippina, III. Idus Octob. Q. Aſinio M. F. Marcello, & M. Acilio Auiola Coſſ. anno vrbis DCCCVIII. Chriſti LV. Sepultus in cāpo Martio, in Cæſarū Mauſolæo, & in numerū Deorū, tertius omniū Rom. Principum à Nerone relat⁹ eſt. Vixit annos LXIII. menſes II. & dies XIII. Vir, cuius forma dignitatem,

autoritatemq; præſe ferebat, ſpecie & canicie erat pulchra, corpore prolixo, nec exili, riſu indecenti, ſpumante rictu, humentibus naribus, capite tremulo, ac valetudine ſemper graui. Conuiuiis plus nimio deditus, vini cibiq; appetentiſſimus, vſque adeo, vt ſæpe vomitu ſtomachum exonerare cogeretur: Somni breuiſſimi, libidinis in fœminas profuſiſſimæ, aleæ perquam ſtudioſus, natura ſæuus, ſanguinariuſq;, alioqui timidus, & ad omnia pauidus.

VXORES CLAVDII VI.

Æmilia Lepida, Auguſti, proneptis, ex Paulo Æmilio cenſoris filio, & Iulia nepte, Claudii adhuc adoleſcentis ſponſa, ſed, quod pater eius in Auguſtum iurauerat, à Claudio repudiata.

LIVIÆ MEDVLLINÆ NVMMVS ÆNEVS.



Livia Medvllina, cui cognomen & Camillæ erat, è genere antiquo Dictatoris Camilli nata, ſecunda Claudii ſponſa, die nuptiis deſtinato, moritur.

Plavcia Hercvlanilla, triumphali patre nata, ob libidinum probra, & homicidii ſuſpicionem repudiata à Claudio, ex quo liberos habuit Druſum & Claudiam.

Drvsvs Pompeius, Claudii & Plautiæ Herculanillæ

nillæ filius. Hunc puberem amisit, pyrum per lusum in sublime tum iactantem, qui hiante ore aëris vehementia suffocatus fuit. Cui, ante paucos dies mortis, filiam Seiani desponderat.

CLAVDIA ex Herculanilla Claudii filia, & ex liberto suo Botere concepta esse ferebatur: Quamuis ante quintum mensem diuortii nata alique cœpta, ad matris tamen ianuam exposita, & nuda abiecta est.

ÆLIA PETINA ex Tuberonum familia nata, patre consulari ob leues offensas à Claudio repudiata, suscepta tamen prius ex ea Antonia.



ANTONIAM ex Petina, Cn. Pompeio Magno, deinde Fausto Syllæ, nobilissimis iuuenibus collocauit Claudius, quos postea non reiecit modo, sed interfici iussit.

VALERIÆ MESSALINÆ
Moneta Ænea.



VALE-

+2





Valeria Messalina, Barbati Messalæ consobrini sui filia, ob impudicitiam famosissima, Claudii vxor. Inter cætera vitia, à C. Sylio Romanorum pulcherrimo in vxorem assumpta, nuptiisq; Claudio in Hostiensi secessu sacrificii gratia agente, celebratis, Narcissi liberti iussu, assidente matre Lepida, à Tribuno transfixa est; superstitibus liberis, Octauia, & Britannico.

MONETA LIBERORVM
Claudii, ex ære.

43.





MONETA BRITANNICI ÆNEA.

44





Britan-

Britannicus, primo Germanicus dictus, patre Claudio, matre Messalina XXII. Imperii die, secundi consulatus natus. Hunc paruulum militibus pro concione, manibus suis gestans, & plebi per spectacula, gremio suo eum fouens, assidue commendabat. Post obitum patris veneno à Nerone extinctus est.

AGRIPPINÆ MONETA
EX ÆRE.



IVLIA AGRIPPINA Claudii vxor, & ex fratre Germanico neptis. Huius illecebris blandissimis, ac oculis in amorem pellectus Claudius subornauit senatum, vt se cogeret ad ducendam eam vxorem, & ad incestas celebrandas nuptias, cuius fraude postea periit. Demum à filio Nerone constuprata & occisa est.

M. FVRIVS CAMILLVS SCRIBONIANVS Dalmatiæ legatus, coniurans cum Vincrano, in Dalmatia Imperium contra Claudium Imperatorem arripiens, primus omnium, postquā Respublica ad vnius arbitriū deuoluta

est,

eſt, bellum ciuile contra Imperatorem mouit: Qua molitione Claudio tantus timor iniectus eſt, vt Imperio fere eis vltro ceſſerit. Verum cum ille deſereretur à militibus, quinto poſt arreptum Imperium die occiſus eſt. Simul cum eo, ob eam cauſam complures alii tam fœminæ quam viri interierunt. Anno vrbis conditæ ∞CCXCV.

IMP. NERO. CLAVDIVS. CÆSAR. AVGVSTVS, Germanicus, Diui. Ti. Claudii. Germanici. F. Druſi Nepos. Pontifex. Maximus. Tribunic. Poteſtat. XIV. Coſ. v. Imp. III. P.P.

MONETA NERONIS ÆNEA.



NERO Imp. natus eſt Romæ, XVIII. Calendarum Ianuarii, Sex: Papinio Q. F. Gallieno, & Q. Plautio Plautiano Coſſ. Anno vrbis DCCLXXXIX. Chriſti XXXVII. Imperare cœpit Romæ, III. Idus Octobris, die obitus Claudii Imper. Anno vrbis DCCCVII. Chriſti LV. Imperauit annos XIII. menſes VII. & dies XXVIII. ſe ipſum

ipſum occidit in ſuburbano Phaontis liberti ſui, prope Romam, ad quartum lapidem, inter Salariam & Noméntanam vias, IV. Idus Iunii, M. Galerio Trachalo Turpiliano, & C. Silio Italico Coſſ. Año vrb. cõditæ DCCCXXI. Chriſti LXIX. Sepultus in monumẽtis auitis Domitiorũ, impoſitis colli hortulorum. Vixit annos XXX. menſes V. & dies XXVI. Fuit ſtatura pene iuſta, corpore maculoſo & fœdo, ſufflauo capillo, vultu pulchro magis, quam venuſto, oculis cęſiis, & hebetiorib., ceruice obeſa, ventre proiecto, gracilimis cruribus, valetudine proſpera.


NERONIS CÆSARIS AVGVSTI
Vxores III.



OCTAVIA Claudii Cæſaris & Meſſalinæ filia. Hanc pater Neroni poſt matrimonium Agrippinæ deſpondit: cuius conſuetudinem cito aſpernatus Nero, eam ſæpe fruſtra ſtrangulare meditatus eſt: Dimiſit à ſe vt ſterilem, improbante diuortium populo, relegauit eam

primum in Campaniam, dehinc in Insulam Pandateriam. Postea sub crimine falsi adulterii mori iussa, vinculis restringitur, venæq; eius per omnes artus aperiuntur. Et quia pressus pauore sanguis tardius labebatur, feruidi balnei vapore necatur: Additaq; fuit maior & atrocior sæuitia, quod caput amputatum, latumq; in vrbem Poppæa mibi vidit.

ÆNEVS NVMMVS POPPEÆ.




POPPÆA Sabina Titi Olii filia, Equiti Romano Crispino ante nupta, ex quo filium Crispinum genuerat, quem impuberem Nero occidit, pellex & adultera Neronis. Post diuortium tamen Octauiæ, vnice dilectã eam in vxorem duxit Nero: quam nuitiantem sibi ictu calcis, suscepta prius ex ea filia Augusta, contudit. Ista Poppæa Sabina adeo delicate vixit, vt mulas quibus agebatur, haberet aureis funibus subligatas, & quingentas asinas, quæ recens peperissent; eæ quotidie mulgebantur, vt ipsa earum lacte lauaretur. Formam enim & nitorem corporis magno studio curabat, namcum aliquando se non satis bona forma in speculo cerneret, mori quam senescere malebat. Corpus tumulo Iuliorum infertur. Eius enim instinctu Nero matrem Aprippinam & vxorem Octauiam interemerat.

CLAVDIA AVGVSTA ex Nerone & Poppæa Sabina nata, intra quartum mensem admodum infans obiit.

STA-

STATILIÆ MESSALINÆ
Moneta ænea.

52



STATILIA MESSALINA Tauri bis consulis, ac triumphalis abneptis. Qua vt potiretur Nero, Atticum Vectium Consulem maritum eius, in ipso honore consulatus trucidauit, sibique vxorem rapuit.

AGRIPPINÆ NUMMUS
ÆREVS.

53

54




AGRIPPINA Germanici & Agrippinæ filia, primo

ex Cn. Domitio Ænobarbo filium Neronem habens, postea Claudio nupsit, & simul filium in adoptionem dedit. De qua supra.

Acte liberta, Concubina Neronis, quæ penitus irrepsit in animum principis, & maxime ab eo dilecta fuit, atque adeo vt parum abfuerit, quin iusto matrimonio eã sibi coniungeret, summissis consularib. viris, qui regio genere eam ortã peierarent. Hanc Seneca immisit, vt Neroni deferret, peruulgatum esse incestũ principis cũ matre Agrippina, nec toleraturos milites ꝓfani principis Imperium. Hæc defunctum Nero nẽ vna cum eius nutricibus Alexandriæ & Æglogæ concremauit, & eius cineres in Domitianorum monumentum intulit.

MONETA VINDICIS
AVREA.



C. Ivlivs Vindex, natione Gallus, propter maiores è regia stirpe oriundos, propter patrem ordinis Senatorii, homo magnis viribus, corpore insigni & prudentia multa præditus, re militari clarus, & animosus. Hic cum esset Proprætor Galliæ, oderat Neronem propter multa eius flagitia & scelera. Imperium arripiens in Galliis, bellum ciuile Neroni mouit. Eodem tempore ferunt Neronem per præconem constituisse centum millia aureorum ei, qui Vindicem occidisset. Quo cognito, Vindicem ita dixisse aiunt. Qui Neronem intere-

interemerit, & ad me caput eius attulerit, is meum accipiet caput mercedis loco. Cumque Vindex eo animo esset, Rufus qui Germaniam obtinebat, inde profectus est, Vindici propter hęc bellum illaturus. Cum ergo Vesontionem venisset, eam vrbem obsidere cœpit, Vindex vero vrbi opem & auxilium laturus, eo contendit, neç procul ab vrbe castra posuit, tandem à Rufo superatus est. Quod Vindex videns ac grauiter casum ferens, ipse sibi manus intulit. Anno vrbis conditæ DCCCXX. Christi LXVIII.

SERGIVS GALBA, IMP. CÆSAR
Augustus, Pontif. Maximus. Tribun. Potest.
V. Cos. II. P. P.
GALBÆ NVMMVS
ÆNEVS.



Galba ex patre Sergio Galba, & matre Numia Achaia ex nobilissima Sulpitiorũ familia, natus est in Villa, colli suppoſita prope Terracinã, sinistrorsũ Fundos petentibus, IX. Cal. Ianuarii. L. Cornelio L. F. Lentulo,

& M. Valerio M. F. Messala Coss. Anno ab vrbe condita DCCLI. Imperare cœpit die obitus Neronis in Hispania, ex Hispaniæ Legato id cognoscens, IV. Idus Iunii, Anno DCCCXXI. Christi LXIX. Imperauit menses VII. & dies VII. Occisus est Romæ in foro Romano, XVII. Cal. Februarii, ipso II. & T. Vinio Coss. Anno vrbis conditæ DCCCXXI. Christi LXX. Sepultus in via Aurelia, in hortis suis priuatis. Vixit annos LXXIII. & dies XXIV. Vir iustæ staturæ, capitis calui, & cæruleis oculis, adunco naso, qui in vniuerso corpore morbo articulari conflictabatur: homo in cibo & potu, & libidine præpostera luxuriosissimus, famæ nec iniuriosus, nec vendicator, pecuniæ alienæ non appetens, suæ parcus, publicæ auarus.

VXOR ET LIBERI GALBÆ.

Æmilia Lepida Galbæ Imperatoris vxor ex qua duos suscepit filios: qua mortua remansit in cælibatu, neq; solicitari vlla conditione amplius potuit, aliam vt duceret.

SERVIVS Sulpitius Galba, Seruii Sulpitii Galbæ Cæsaris ex Æmilia Lepida filius, mortuus est, antequam pater eius Imperator fieret.

LVCIVS Sulpitius Galba, Serg. Galbæ Cæsaris filius naturalis & legitimus ex vxore Æmilia Lepida; defunctus est, antequam pater Galba principatum & Imperium adipisceretur.

Lucius Calpurnius L. F. Piso Frugi Licinianus, Cæsar M. Crassi ex Scribonia filius legitimus, nobilis, egregius & prudens iuuenis. Hunc Galba Imperator in filium adoptauit, eum extensa manu apprehendens, & militibus populoq; in concione repræsentans. Quod factum est IV. Idus Ianuarii, sexto antequam Galba occideretur die. Occisus est cum patre Galba insidiis Othonis Anno vrbis DCCCXXI. Christi LXX.

IMP.

IMP. CÆSAR AVGVSTVS, M. OTHO, Pontifex Maximus, Tribun. Poteſt. Coſ. II.

ÆNEVS OTHONIS NVMMVS.



Marcus Sylvius Otho, L. Sylvio Othone patre & Albia Terentia matre, quarto Calendarum Maii, Anno vrbis conditæ DCCLXXXIV. Chriſti XXXII. Romæ, Camillo Aruntio, & Domitio Ænobarbo Coſſ. natus eſt. Imperare cœpit Romæ XVII. Calend. Februarii, die cædis Galbæ & Senatore Imperat. Galba II. & T. Vinio Coſſ. Anno vrbis DCCCXXI. Chriſti LXX. Imperauit mẽſes III. & dies V. Seipſum occidit, prælio victus à Vitellii ducibus, Bebriaci, XII. Cal. Maii, An. vrbis DCCCXXI. iiſdem Coſſ. Sepultus apud Veliternam prope Brixellum. Vixit annos XXXVI. menſes XI. & dies XXIV. Adeo charus militibus fuit vt multi haud procul à rogo ſibiipſis manus inferrent, multi præ dolore, armis inter ſe ad internecionem concurrerent. Vir modicæ

ſtaturæ, & male pedatus, caluuſque, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, & annexo. Munditiarum erat pene muliebrium, & imberbis, cui minime tam virilis mors & Romana conueniebat.

VXOR OTHONIS.

ÆREVM POPPEÆ SABINÆ NVMISMA.

60.





Poppea Sabina vxor Othonis. Hanc abductam à CriſpinoRufo equiteRomano matrimonio ſibi iunxit, cum eam prius iuuenta & luxu pellexiſſet in adulterium. Huius formam elegantiamque apud Neronem Imperatorem immodice laudabat, quibus laudibus eum accendit ad eandem appetendam. Sæpe enim auditus eſt Otho conſurgens è conuiuio, ſe ire ad illam, cui conceſſam dictitabat nobilitatem, pulchritudinem, vota omnium & gaudia fœlicium. Talibus irritamentis Nero in amorem Poppeæ ardeſcens, vt illius amore ſolus potiretur, Othonem amandauit in Hiſpaniam ſub prætextu Legationis. Poſtea defuncta Octauia eam Nero duxit in vxorem, vt ſupra diximus.

IMP.

IMP. CÆSAR, A. VITELLIVS, L. F. GERMANIcus, Augustus, Pontif. Maximus, Tribun. Potest. Cos. perpetuus.

VITELLII ÆREVS NVMMVS.



Aulus Vitellius, L.F. natus est Romæ VIII. Calend. Octobris, Druso Iulio Cæsare, Tib. Aug. F. & C. Norbano C.F. Flacco Coss. Anno vrbis DCCCLXVIII. Christi XVI. Imperare cœpit viuente Galba, in Germania, ex legato Imp. Galbæ Augusto, Germaniæ inferioris, III. Nonarum Ianuarii, Galba Imper. II. & T. Vinio Coss. Anno vrbis DCCCXXI. Christi LXX. Imperauit menses XI. dies XXII. Solus imperare cœpit occiso Othone, XII. Cal. Maii. Imperauit menses VIII. & dies V. Occisus est Romæ, IX. Cal. Ian. Anno vrbis DCCCXXII. Christi LXX. iisdē Coss. primū cœno, fimoq; iactatꝰ, ac furca sub mētū posita diu per vrbē tractꝰ; tandē in Tyberim proiectꝰ. Vixit

Vixit annos LIV. & menses IV. Fuit vir enormi proceritate, facie rubicunda ex vinolentia, venter obesus, alterum femur subdebile.

VITELLII VXORES.

PETRONIA Viri consularis filia, Vitellii coniux, ex qua suscepit filium Petronium. Tacitus videtur sentire factum fuisse diuortium inter Vitellium & Petroniam: cum dicat eam mox à Dolobella in matrimonium assumptam fuisse.

A. VITELLIVS PETRONIANVS filius Vitellii Imperatoris ex Petronia, captus altero oculo: hæres à matre cum conditione institutus fuit, si de patris potestate exiisset. Itaq; pater eum manu misit, & paulo post, vt vulgatum est, interemit, insimulauitque eum insuper parricidii, quod paratum ad scelus venenum habuisset, & ex conscientia hausisset.

GALERIA FVNDANA, Prætorii Viri filia, altera Vitellii vxor: ex hac quoq; liberos vtriusq; sexus suscepit. Hæc Vitellium maritum suum deridere solebat, quod raro ornatu regio inueniretur. Hæc quoque, Dione sic tradente, Vitellium occisum ab hostibus sepeliit.

MONETA LIBERORVM VITELLII EX ÆRE.



P. Vitellius Vitellii, Imperatoris filius ex Galeria Fun-

Fundana, fuit impeditæ linguę, & pene mutus. Hic post interemptum patrem, etiam à militibus Vespasiani interfectus est.

Vitellia Vitellii ex Galeria Fundana filia, quæ patri superstes mansit. Hanc postea Vespasianus splendidissime maritauit, dotauitque etiam & instruxit.

ÆNEA L. VITELLII MONETA.



L. Vitellius, ex L. Vitellio, & Sextilia natus, frater Auli Vitellii Imperatoris, missus contra exercitum Vespasiani, apud Cremonam superatus est.

VXOR L. VITELLII.

SEXTILIA, fœmina probatissima, vxor L. Vitellii, ex quo duos suscepit filios, quos ambos pater antequam decessit paralysi, vidit Consules.

IMP.

IMP. CÆSAR VESPASIANVS AVGVSTVS.
Pont. Max. Trib. Poteſt. x. Imper. xx. Coſ. ix. Pat. Patr. Cenſor.

NVMMVS VESPASIANI ÆREVS.



Veſpaſianus Imp. natus eſt in Samniis, vltra Reatem, vico modico, cui nomen erat Phalacrine, xv. Calend. Decembris veſperi C. Poppæio Q. F. Sabino, & Q. Sulpitio Q. F. Camerino Conſ. Anno vrbis DCCLXII. Chriſti x. Imperare cœpit in Iudæa viuente Vitellio Cal. Iulii, Sergio Galba Auguſto II. & T. Vinio Coſſ. Anno vrbis DCCCXXII. Chriſti LXX, ex Legato Conſulari Iudææ. Imperauit annos IX. menſes XI. & dies XXIV. Obiit circa Reate VIII. Cal. Iulii, ipſo IX. & Tito Cæſare filio VII. Coſſ. Anno vrbis conditę DCCCXXXII. Chriſti, XXC. & inter Diuos relatus, cum vixiſſet annos LXIX. menſes VII. & dies VII. Vir ſtaturæ quadratæ, membrisque compactis & firmis, & valetudinis proſperrimæ, quam abſtinē-

tia

tia & fabricatione fouebat. Et quia miles erat acer, agmen anteire, locum castris capere, noctu diuq; consilio, ac, si res posceret, manu obruere hostes solebat: cibo fortuito, veste habituque vix à gregario milite discrepans.

VXOR VESPASIANI.

ÆNEVS FLAVIÆ DOMICILLÆ NVMMVS.

67





FLAVIA DOMICILLA Statilii Capellæ Equitis Romani filia, vxor Vespasiani Imperatoris, ex qua tres procreauit liberos, Titum, Domitianum, & Domicillam. Ea defuncta Cenidem Antoniæ libertam adamauit, habuitq; pene iustæ vxoris loco.

DOMICILLA Vespasiani Imperatoris ex Flauia Domicilla filia, quam adhuc priuatus amisit.

COENIS liberta Antoniæ, concubina Vespasiani, quã vxoris loco pene diligebat. hæc maxima fide & memoria excellẽti fuit. Obiit adhuc ipso Vespasiano viuo, eo ipso anno, quo templum Pacis dedicauit, & colossum in via sacra posuit.

TI. CLAVDIVS CIVILIS Batauus, regia stirpe ortus. Hic à Fonteio Capitone, quasi rebellis, cathenis vinctus, missusq; Romam ad Neronem, postea à Galba absolutus est. Sub Vitellio rursus discrimen adiit, flagitante supplicium eius exercitu. Quare commotus, speq; concepta ex cladibus Romanorum, postquã Capitoliũ conflagrasset, defectionem molitus est, & bello Roma-

nos aggressus, primum fraude aliquot milites Romanos, qui in Germania erant, in suas partes traduxit, occupauit Treuirum & Coloniam Agrippinam, Legiones obsedit, contra Voculam Romanorum præfectum cum suis copiis contendit, cum eo acie concertat, fugatusq; bellum renouat. Hac in re socios habebat, Iulium Tutorem Treuirensem, & Iulium Sabinum Lingonem, & Classicum. Tandem aliquot præliis victus à Cereali pacem petiit. Factum hoc anno vrbis conditæ DCCCXXII.

CLASSICVS, Gallus natione, regio genere prognatus, ac præfectus Alæ Treuirorum bellum vna cum Claudio Ciuili Batauorũ principe Romanis intulit, & tyrannidem occupare annititur: aliquoties vna cum reliquis suis sociis cum Romanis conflixit & acie certauit. Sed à Cereali victus est, & seditio seu istud bellum ciuile sic sopitum est. Anno vrbis DCCCXXII.

C. IVLIVS TVTOR, Treuir, Treuirorum & ripæ Rheni à Vitellio constitutus præfectus. Bellum ciuile mouit contra Vespasianum Imperatorem vna cum CL. Ciuili & Classico: sed repressus est à Cereali duce Vespasiani, qui aliquoties eos vicit. Anno vrbis DCCCXXII.

C. IVLIVS SABINVS Lingonum Princeps, abiectis Romani fœderis monimentis, magno exercitu comparato se Cæsarem appellauit, quod se Iulio Cæsare prognatum assereret. Hic exercitu suo Sequanos Romanorum socios aggressus, cum ipsisque contra tendentibus, nec prælium recusantib. acie pugnauit, ac ab iisdem victus & fugatus est. Vtque famam exitii sui post se relinqueret, villã in quã fugerat, cremauit, illicq; voluntaria morte obiisse creditus est. Delituit autem cum vxore sua in quodam subterraneo monumẽto per nouem annos, vbi & coniunx ei duos filios procreauit. Demũ paulo ante mortẽ Vespasiani cognitus Romã adductus est, ibiq; iussu Vespasiani cũ vxore occisus. Añ o vrb. DCCCXXXII.

EPPO-

EPPONILLA, vxor C. Iulij Sabini, quæ cum marito à Sequanis victo & profligato delituit in monumento quodam, in quo etiam duorum filiorum mater extitit. Hæc simul cum marito Vespasiani iussu interfecta est.

IMP. T. CÆSAR DIVI VESPASIANI, F. Vespasianus Augustus, Pontifex Maximus, Tribunic. Potest. XI. Imp. XVII. P. P. Censor. Cos. VIII.

TITI NVMMVS ÆREVS.



Imp. Titus Cæsar Augustus natus est Romæ prope Septizonium, III. Calend. Ianuarii, C. Cæsare Augusto Germanico, IV. & Cn. Sétio, Cnei F. Saturnino Coss. Anno vrbis conditæ DCCXCIV. Christi XLII. Imperare cœpit die obitus patris, VIII. Calend. Iulii, Anno vrbis DCCCXXXII. Christi XXC. Imperauit annos II. mens. II. & dies XX. Obiit in Samniis in eadem villa, in qua & pater ei⁹ mortu⁹ fuerat, ꝓpe Reatē. Idib. Sept. M. Plautio. M. F.

Syluano, & M. Annio M. F. Vero Pollione Coss. Anno vrbis DCCCXXXIV. Christi XXCII. Et inter Diuos relatus. Vixit annos XXXX. menses VIII. & dies XV.


TITI CÆSARIS AVG. VXORES II.

ARRICIDIA TERTVLLO patre equite Romano, sed præfecto quondam prætorianarum cohortium, nata, Titi Vespasiani vxor, quæ absque liberis decessit.

MARTIA FVRNILLA splendidi generis fœmina in locum Arricidiæ à Tito assumpta, quam post natam filiam Iuliam repudiauit.

MONETA IVLIÆ TITI IMP. FILIÆ ÆNEA.

70.



IVLIAM, Titi filiam alteri in matrimonium collocatam, Domitianus patruus Tito adhuc viuo, corrupit. Sed patre & marito orbatam, ardentissime palamq; eam dilexit, coëgitq; abortum facere, & sic vidua in abortu periit.

BERENICE, soror Agrippæ, regina Iudææ, concubina Titi. Hæc enim Romam cum fratre veniens, habitauit in palatio, cœpitque cum Tito coire. Spes erat, Titum eam ducturum, quæ per omnia, ac si esset vxor eius, se gerebat. Sed Titus cum

cum sentiret populum Romanum id moleste ferre, eam repudiauit. Hæc postea Aristobuli vxor fuit.

IMP. CÆSAR, DIVI VESPASIANI F. FLAVIVS Domitianus Augustus, Germanicus Pontifex Maximus, Trib. Potest. XVI. Imp. XXII. Cos. XVII. Cens. perpet. P. P.

NVMISMA DOMITIANI ÆREVM.



Domitianus Imp. natus est Romæ, sexta vrbis regione in alta semita, ad malum punicum, IX. Cal. Nouembris, Ti. Claudio Drusi F. Cæsare Augusto Germanico V. & Sergio Cornelio Scipione Orphite Coss. Anno vrbis DCCCIV. Christi LII. Imperare cœpit die obitus fratris Titi, Idibus Septemb. Anno vrb. DCCCXXXIV. Imperauit annos XV. & dies VI. Occisus Romæ, XIV. Calend. Octobris, C. Antistio L. F. Vetere & C. Fuluio Valente Coss. Anno vrbis DCCCXLIX. Christi XCVII. Sepultus via Latina, in suburbano Phyllidis nutricis suæ.

Reliquiæ vero templo Flauiæ gentis clam illatæ, & cum Iuliæ Titi filiæ cineribus ab eadem mixtæ sunt. Vixit annos XXXIV. menses X. & dies XXVI. Mortem eius grauissime tulerunt milites. Sed Senatus adeo lætatus est, vt contumeliosissimis adclamationibus mortuum laceraret, & imagines eius solo affligi iuberet, & radendos titulos, abolendamque omnem memoriam decerneret. Statura fuit procera, vultu modesto, roborisque pleno, grandib. oculis, verum acie hebetiore. Præterea pulcher ac decens toto corpore, maxime in iuuentute: postea caluitio, obesitate ventris, & crurum gracilitate deformis.

MONETA DOMITIÆ LONGINÆ
ÆNEA.



VXORES DOMITIANI.

Domitiam Longinam ab Ælio Lamia, cui nuptũ data erat, abduxit Domitianus, ex qua in secundo consulatu


ſulatu filium ſuſcepit, alteroque anno conſalutauit eam Auguſtam. Hanc Paridis hiſtrionis amore deperditam repudiauit, intraq; breue tempus impatiens diuortii, efflagitāte quaſi populo eam reduxit. Ob quam fœminam Aelium Lamiam occidit Domitianus. Eius cauſa etiam Paridem ipſum in media via occidit.

Flavivs domitianvs cæsar Domitiani Imperatoris ex Domitia Longina filius, natus in ſecundo ſuo conſulatu, infans extinctus eſt.

Flauia Domitilla filia Domitiani ex Domitia Longina, quæ etiam in iuuenili ætate, ante patrem obiit.

NVMMVS IVLIÆ DOMITIANI VXORIS ÆNEVS.

75.





Ivlia Titi filia, Domitiani coniunx, ſeu potius concubina. Hanc enim adhuc virginem oblatam ei in matrimonium, cum deuinctus Domitiæ, nuptias pertinaciſſime recuſaſſet, non multo poſt, cum Domitiam repudiaſſet, alii collocatam in matrimonium, vltro corrupit: & quidem viuo etiam tum Tito, poſtmodum marito ac patre orbatam, ardentiſſime, palamq; dilexit, vt etiam cauſa mortis extiterit. Nam coacte conceptam eam à ſe abegit, quæ vidua obiit. Sepulta à Phillide nutrice, & cineres in templo Flauię reconditi, quibus poſtea Phillis quoq; Domitiani cineres clam commiſcuit.

L. Antonivs satvrninvs, Præſes Germaniæ ſuperioris Imperium arripuit, & bellū ciuile cōtra Domitianum,

tianum mouit: accensus nempe in Domitianum ob iniuriam verborum qua se scortum vocari dolebat: sed per Norbanum Appium (Dion dicit Lucium Maximum) in acie stratus & occisus est.

IMP. CÆSAR NERVA AVGVSTVS, PONT. Maximus, Tribun. Potest. II. Cos. IV. Imp. II. P. P.

NVMMVS EX ÆRE CORINTHIACO.

76





77





Nerua Cocceius, Marci Coccei Neruæ filiꝰ, ex Popilia Plautilla, natus est Naruiæ, XVI. Cal. Apr. Marco Furio, M. F. Camillo Scriboniano & Cn. Domitio L. F. Ænobarbo Coss. Anno vrbis DCCXXCIV. Christi XXXIII. Imperare cœpit Romæ qui Senator & Consularis antea fuerat XIV. Cal. Oct. die obitus Domitiani, Anno vrbis DCCCXLIX. Christi XCVII. Imperauit annum I. menses IV. & dies IX. Obiit Romæ VI. Calen. Februarii, ipso IV. & Nerua Traiano Cæsare II. Coss. Anno vrbis DCCCL. Christi vero XCVIII. à Traiano consecratus.... Vixit annos

nos LXV. mens. X. & dies X. vel vt alii volũt annos LXVIII. Ast Eutropius eum annos LXXI. vixisse affirmat. Eo die, quo ipse obiit, Solis eclipsis facta est. Fuit vir probus, honestus, & omni laude dignus.

IMP. CÆSAR, DIVI NERVÆ F. NERVA Traianus, Optimus, Augustus, Germanicus, Dacicus, Parthicus. Pontifex Maximus. Trib. Potest. XX. Imp. X. Cos. VI. P. P.

MONETA ÆREA TRAIANI.



Traianus Imp. natus est Tuderti in Vmbria, patre Traiano: primus fuit Cæsarum peregrinus, ex familia antiqua, VIII. Idus Nouembris, D. Iunio M. F. Silano, & Q. Haterio D. F. Antonino Coss. Anno vrbis DCCCVI. Christi LIV. Adoptatus est à Nerua, & Cæsar appellatus XIV. Cal. Octob. Nerua August. III. & T. Virginio Rufo III. Coss. anno vrb. DCCCL. Christi XCVIII. Ex Legato Consulari Germaniæ, ad tantas dignitates euectus est. Imperare cœpit apud Coloniã Agrippinam in Germania,

nia, VI. Cal. Febr. die obitus Neruæ, anno vrbis DCCCL. Christi XCIX. Imperauit annos XIX. menses VI. & dies XV. Obiit Selinunte in Cilicia, quæ postea Traianopolis appellata est, rediẽs à bello Parthico III. Idus Aug. Quintio Nigro. & T. Vipsanio Apronianο Cos. an. vrb. DCCCLXX. Christi XCVIII. Cineres eius Romam relati, vbi in foro in vrna aurea super columnam Coclidem collocati sunt. Inter Diuos ex S. C. ab Hadriano successore relátus est. Vixit Traianus annos LXIII. menses IX. & dies IV.


MONETA PLOTINÆ EX AERE, Traiani vxoris.



Plotinam vxorem Traianus habuit, ex qua nullos liberos suscepit. Huius opera Hadrianus, mortuo Traiano, eiusq; morte, vt adoptio procederet, per aliquot dies occultata, supposito, qui ꝓ Traiano ficta voce loqueretur, ad Imperii fastigiũ ꝑuenit. Cui⁹ beneficii Had. memor,


memor, mortua ea, per nouem dies atro vestitu incessit, eique templum erexit, & hymnos in eius honorem fecit, ac excellentissime coluit. Cum hæc primum palatium ingrederetur, ex gradibus ad populum conuersa inquit, talis huc ingredior, qualem etiam me hinc egressuram opto.

MONETA ÆREA MARCIANÆ.



Marciana soror Traiani, in cuius honorem ciuitatem in Dacia victo Decebalo condidit, & Martianopolim appellauit. Habuit duas filias ex suo marito, Matidiam, & Iuliam Sabinam. Traianus Imperator quoque hanc sororem suam Augustæ nomine cohonestauit, & Diuam appellauit.

MONETA MATIDIÆ EX ÆRE.



Matidia Diuæ Marcianæ filia, & Traiani ex sorore neptis, Augusta à Traiano appellata. Hæc vna cum Plotina

Plotina Imperatrice reliquias Traiani Selinunte ex Cilicia Romam transportauit.

IVLIA SABINA altera Marcianæ filia, & Traiani neptis ex sorore, quæ fuit coniunx Hadriani Imperatoris.

IMP. CÆSAR, DIVI TRAIANI PARTHICI FILIVS, Diui Neruæ nepos. Traianus Hadrianus Aug. Pont. Max. Tribun. Potest. XXI. Imp. II. Cos. III. Pa. Patr.

MONETA HADRIANI
ÆNEA.



Natus est Hadrianus Imp. Romæ IX. Cal. Februarii, Imp. Cæsare Vespasiano Augusto VII. & Tito Cæsare V. Coss. Anno vrbis DCCCXXIIX. Christi LXXVII. Adoptatus à Traiano quum esset Legatus Syriæ V. Idus Augusti. Imperare cœpit Antiochiæ in Syria triduo post, videlicet III. Idus Augusti, die obitus Traiani, anno vrb. DCCCLXX. Christi CXIIX. Imperauit annos XX. menses

menses x. & dies xxix. Obiit Baiis in Campania, vi. Idus Iulij, Quintio Nigro & Sulpitio Camerino Coss. anno vrbis DCCCXCI. Christi xxxix. Sepultus Puteolis in villa Ciceroniana. Cineres Romam trãslati, in mola sua super Tyberim, in hortis Domitiæ collocati sunt. Vir fuit procerus statura, forma comptus, flexo ad pectinem capillo, promissa barba, vt vulnera, quæ in facie erãt, tegeret. Primus enim Cæsarum Hadrianus, Dione teste, barbam nutriuit. Memoriæ, & omnis pene artificij opifex incredibilis, ingenij luxuriosi, lasciui, & ad ostentationem sui, insolentis.

MONETA ÆREA SABINÆ,
Hadriani Imp. vxoris.



IVLIA SABINA, Traiani ex sorore neptis, & Matidię soror, Hadriani Imp. vxor. Hanc vt asperam & morosam, & quod cum Septitio Claro, Præfecto Prætorii, & Suetonio Tranquillo, epistolarum magistro familia-

rius, quam reuerentia domus aulicæ postulabat, egerat, dimissurus erat, si priuatus fuisset. Seruilibus pene iniuriis affecta, ad voluntariam mortem compulsa est, nec sine fabula veneni dati ab Hadriano, expirauit. Palam autem iactabat hæc, quam immane ingenium Hadriani pertulisset, & quod magnopere elaborasset, ne ex eo in perniciem generis humani grauida fieret.

PAVLINA Augusta Ælii Hadriani Afri & Domitiæ Paulinæ filia, fuit soror Hadriani Imp. vxor Seueriani, II. Consulis, quem nonagenarium Hadrianus occidi iussit. Habuit ex eo quoque filium Fuscum nomine, quem annos XVIII. natum Hadrianus quoque vita priuauit.

ANTINOI NVMISMA

ÆNEVM.

88.





ANTINOVS ex Cethnide, Bithyniæ vrbe, quam Claudiopolin vocant, ortus, eximiæ pulchritudinis puer, in deliciis Hadriani habitus fuit: quem mortuum, siue quod in Nilum ceciderit, siue quod immolatus sit, muliebriter fleuit. Quare ob eius amorem, vrbem eo in loco, quo mortem oppetiit, conditam, ab eo denominauit, eius statuas per vniuersum orbem terrarum, atq; etiam effigies erexit, templum ei apud Mantineam constituit, multaque numismata aurea, argentea, & ærea in honorem eius excudit.

L. ÆLI-

L. ÆLIVS VERVS, CÆSAR.

MONETA EX ÆRE, LVCII ÆLII VERI.



L. Cæionivs commodvs, qui & ælivs vervs dictus, L. Cæionij Commodi filius, nobilissimis maioribus, quorum origo ex Hetruria fuit, natus: Adoptatus est ab Hadriano Imperatore Romæ an. vrb. dccccxxcix. ipso & Sexto Vetuleno Pompeiano Coss. anno vero Christi cxxxvii. Obiit Romæ Cal. Ianuariis ipso ii. & Publ. Cœlio P. F. Balbino Coss. anno eodem. Sepultus in mola Hadriani.

Domitia lvcilla, filia fuit Nigrini Consularis, quem Hadrianus propter insidias sibi factas interfecit, L. Cæionij Commodi Cæsaris coniunx: ex qua suscepit L. Verum, qui cum M. Antonino imperauit, filium. Hęc cum de extraneis voluptatibus mariti conquereretur, ipse respondit: Vxor dignitatis nomen est, non voluptatis. Habuit etiam ex marito suo filiam.

CÆIONIA, L. Cæionij Commodi seu L. Ælij Veri Cæsaris ex Domitia Lucilla filia, soror L. Veri Imperatoris, prima M. Antonini coniunx.

IMP. CÆSAR, DIVI HADRIANI F. DIVI Traiani Parthici N. Diui Neruæ Pron. T. Ælius Hadrianus Antoninus Augustus Pius, &c.

MONETA ANTONINI PII ÆNEA.



Antoninus Pius natus est in villa Laurina, ad XII. ab vrbe lapides, XIII. Cal. Octob. Imp. Cæsare Flauio Domitiano Aug. Germanico XII. & Serg. Cornelio Cn. F. Dolabella Coss. Anno vrbis DCCCXXXIX. Christi XXCVII. Adoptatus est ab Hadriano Imp. Romæ, V. Calen. Martii, L. Ælio Vero Cæsare II. & P. Cælio Balbino Coss. anno vrbis DCCCXXCIX. Christi vero CXXXIIX. Imperare cœpit Romæ, VI. Idus Iulij, Anno sequente, Quintio Nigro, & Sulpitio Camerino Coss. Imperauit annos XXII. menses VII. & dies XXVI. Obiit apud Lorium in Aurelia, nonis Martii, Imperat. Cæsa-

Cæsaribus M. Antonino III. & L. Vero II. Coss. Anno vrbis c ∞ XIII. Christi CLXII. Sepultus Romæ in mola Hadriani, & inter diuos relatus. Vixit años LXXIV. mens. V. & dies XVII. Vir fuit ingenio clarus, moribus clemés, vultu placidus, forma conspicuus, & statura decorus, & longus. Cum vero in senectute incuruaretur, tiliaceis tabulis in pectore positis fasciabatur, vt rectus incederet. Eloquentiæ erat singularis, nitidæ literaturæ, sobrius, mitis largus, alieni abstinens, omniaque cum mensura ac sine iactantia faciens, ita vt Numæ Pompilio, bonorum sententia, compararetur.

MONETA EX ÆRE
Faustinæ.



Annia favstina Annii Veri filia, vxor Antonini Pii. Ex ea duos mares totidemque fœminas Antoninus suscepit. Maiorem filiam Lamiæ Syllano, minorem M. Antonino Philosopho dedit. Hanc Faustinam, Augustam à Senatu appellari permisit. Tertio autem Imperii

eius anno obiit, & à Senatu consecrata est, deleta Circensibus, atque templo, & flaminicis, & statuis aureis atque argenteis.

MONETA ÆNEA LIBERORUM Antonini Pii, Imp.



T. Avrelivs Fvlvivs Antonini Pii Imperatoris ex Annia Galleria Faustina filius, obiit antequam pater ab Hadriano Imp. adoptaretur.

T. Avrelivs Antoninvs filius Antonini Pii & Anniæ Faustinæ, mortuus est ante adoptionem patris ab Hadriano. Tum temporis enim Antoninus Pius mascula carebat sobole, quare coactus est M. Antoninum & L. Verum Ælij Cæsaris filium sibi adoptare.

Favstina Maior filia Antonini Pii & Anniæ Faustinæ, vxor Lamiæ Syllani. Obiit autem hæc, cum ipsius pater ad proconsulatum Asiæ proficisceretur.

Favstina Minor, Antonini Pii ex Faustina filia: huic pater priuatum reliquit patrimonium: nuptiasque, cum eam M. Aur. matrimonio copularet, vsque ad donatiuum militem celeberrimas fecit. Plures ex marito M. Aur. Philosopho suscepit liberos, de quibus paulo post.



Iunia

Iunia Augusta Antonini Pii Imperatoris soror.

IMPER. CÆSAR, DIVI ANTONINI PII F. DIVI Hadriani Nepos, Diui Traiani Parthici Pronepos, Diui Neruæ Abnepos, M. Aurelius Antoninus, Augustus, Armeniacus, Parthicus, Pontifex Maximus, Tribun. Potest. XXXIV. *Imp.* X. *Cos.* III. P. P.

NVMMVS ÆREVS ANTONINI PHILOSOPHI.



Marcus Imperator natus est Romæ in Monte Cœlio, in hortis patris sui, VI. Cal. Maii, M. Annio, M. F. Vero, auo suo II. & Augure Coss. Anno vrbis conditæ DCCCLXXIV. Christi CXXII. Adoptatus à Pio Imperatore, Ælio Cæsare II. & P. Cœlio Balbino Coss. Anno vrbis DCCCXXCIX. & Cæsar appellatus cum L. Vero V. Cal. Martij, Augusto Pio II. & Bruttio Præsente Coss. anno vrbis DCCCXCII. Christi CXL. Tribunitiam potestatem accepit V. Cal. Martii, Imperatore Cæs. Pio Aug. IV. & ipso iterum Coss. anno vrbis DCCCXCIX. Imperare cœpit Romæ nonis Martiis, cũ fratre L. Vero Augusto,

ipſo III. & L. Vero II. Coſſ. Anno vrbis DCCCCXIII. Chriſti CLXII. Imperauit años XIX. & dies XI. Obiit Syrmii in Pannoniis XVI. Cal. Aprilis, Arrio Præſente II. & Aelio Gordiano Coſſ. Anno vrbis C ∞ XXXII. Chriſti CXXCI. Sepultus Romæ ſuper columna Cochlide, & conſecratus eſt. Vixit annos LVIII. menſes XI. & dies XX. Fuit valetudinis infirmæ, in pueritia grauis; liberalis & clemens: in eo nihil fictum nec falſum, non erat auarus, nec prodigus. Suffragatoribus non facile credidit. Sed ſemper, quod verum eſſet, exquiſiuit.

VXORES M. AVR. IMPERATORIS.

CAEIONIA L. Aelii Veri Cæſaris & Domitiæ Caluillæ filia, ſoror Lucii Veri Imperatoris, prima vxor Marii. Ei deſponſata fuit cum Anniam Fauſtinam Annii Pii filiam duxiſſet in matrimonium, hæc repudiata eſt.

ÆNEVS NVMMVS FAVSTINÆ MINORIS.



Fauſtina Antonini Pii & Fauſtinæ filia, M. Antonini conſobrina, & coniux, gladiatoris amore ſuccenſa, epoto ſanguine illius, cum Antonino marito concubuit, ex quo Antoninum, qui quadrimus periit, & Commodum poſtea Imperatorem procreauit. Filias quoque duas Fadillam, quæ in radicibus montis Tauri obiit, & Lucillam, quæ L. Vero, & deinceps Pompeiano bis Coſ. deſponſata fuit.

NVMIS-

NVMISMA ÆNEVM FILIORVM M. *Aurelii Antonini, Imp.*



L. Vervs Cæsar, qui & Verissimvs dictus, filius M. Antonini, quem in secessu Prænestino pater Antoninus agens, execta post aurem tubere, septennem amisit, cumque non plus quinque diebus luxit: statuamque & imaginem auream Circenses per pompam portari iussit, nomenque eius Saliari carmine celebratũ est. Cæsar fuit appellatus & in triumpho de Parthis, patrem & L. Verum, petente & sic volente Lucio, sequutus est cum fratre.

M. Antoninvs Geminvs, M. Antonini Philosophi filius ex Faustina, quem parentes quarto ætatis anno fato defunctum amiserunt: De voluntate Lucii, Cæsar appellatus fuit, & eodem partu cum Commodo editus.

Lvcilla filia natu maior M. Antonini Philosophi & Faustinæ, vxor L. Veri Cæionii Commodi Imperatoris, deinde coniux M. Aurelii Pompeiani, occisa est à fratre.



MONE-

MONETA ÆREA FAVSTINÆ.



FAVSTINA Augusta Marci Antonini Philosophi filia ex Faustina minore, neptis Antonini Pii, à fratre Commodo stuprata fuit, mansitq; superstes post Commodi interitum.

FADILLA Marci Antonini Philosophi & Faustinæ Minoris filia, neptis Antonini. hæc insidias Cleandri Præfecti, fratri suo Commodo detexit, eumque passis crinibus, scissaque veste supplex orauit, vt Cleandrum sibi suisque interitũ machinantẽ interfici curaret, quod & statim à Commodo perfectum est: Constuprata quoque à fratre, eique superstes fuit.

ANNIA FAVSTINA, Marci Antonini Philosophi filia, ex Faustina Minore, Antonini Pii neptis, vxor Mamertini, ex quo suscepit filium, nomine Antoninum, qui ab Imperatore Commodo auunculo suo, vna cum aliis viris clarissimis, occisus est.

IMP.

IMP. CAESAR, L. AELIVS AVRELLVS VERVS Antoninus Augustus, Armeniacus, Medicus, Parthicus.

NVMMVS EX ÆRE LVCII VERI.

Lucius Verus natus est Romæ XVIII. Cal. Ianuarii, L. Noninio, L F. Torquato Aspienate II. & M. Annio M. F. Libone Coss. Anno vrbis DCCCXXCI. Christi CXXIX. Imperare cœpit cum fratre Marco, Romæ Nonis Martii, die obitus Imp. Pii. Imperauit cum Marco fratre annos VIII. menses IX. & dies aliquot. Obiit Altini apoplexia corrept⁹,—Sosio Prisco, & Q. Cælio Apolinare Coss. Anno vrbis C ∞ XXII. Christi CLXX. Sepultus Romæ in sepulchro Hadriani, habetque hoc elogium. IMPER. CÆSARI, L. AVRELIO VERO, AVGVST. ARMENIACO, MED. PARTHIC. PONTIF. TRIBVN. POTEST. VIIII. IMP. V. COS. III. P. P. Vixit annos XLII. Fuit decorus corpore & fortis, vultu gemmat⁹, barba prope barbarice demissa, procerus, & frōte in super-

in ſupercilia adductiore venerabilis, linguæ impeditioris, aleator, & luxurioſus. Neroni prope ſimilis propter crudelitatem & luxuriam, voluptuarius, ludis jociſq; aptus & nimis lætus.

MONETA ÆNEA LVCILLAE.



LVCILLA, M. Antonini & Fauſtinæ maxima natu filia, ſoror Commodi. Hanc Pater L. Vero primum deſpondit, quo defuncto, Claudio Pompeiano in matrimonium tradidit, ex quo ſuſcepit filium M. Aurelium & CL. Pompeianũ, quorum vterque poſtea à Commodo occiſus eſt. Hanc Commodus frater inceſtauit: tandem cum ei inſidias feciſſet, ab eo primum relegata, & poſtea interfecta eſt. Hæc poſt obitum Lucii, nihilominus ſella Imperatoria in theatro ſedebat, & ignis ei de more præferebatur, quouſq; Commodus Criſpinam vxorem duxit, vbi ei cedere coacta eſt, quod ęgre admodum tulit, & propterea fratri, vt dixi, inſidias fecit.

L. AVIDIVS CASSIVS, AVIDII SEVERI F. Imperator Cæſar.

L. Auidius Caſſius in Oriente M. Antonino, cum Marcomannis triennale bellum gerente, rebellauit, ſeque Imperatorem appellauit, ſuggerente Fauſtina, mariti valetudinem ſuſpectam habente, vel vt alii tradunt, fingente mortem Antonini. Sed hic ſtatim hoſtis eſt iudicatus,

dicatus, bona eius proscripta, & in ærarium publicum sunt relata: post III. menses & dies VI. occisus est. Caput eius allatum Antonino, quod tamen humari iussit, plane non lætatus, dicens, se voluisse sine Senatorio sanguine Imperium transigere.

..... *UXOR EX QUA EI nati sunt*

CASSIVS MACCIANVS Cassij Auidii tyranni filius natu maximus, qui præfectus Prætorij ab eodem constitutus est, & post obitum patris quoq; à militibus interfectus.

AVIDIVS HELIODORVS filius Auidii Cassij, post cædem patris abijt in liberum exilium cum parte dimidia patrimonij, post à Commodo etiam occisus est.

AVRELIVS filius Auidii Cassij tyranni iunior, cui media pars bonorum patrimonii relicta est, hunc Commodus Imper. post mortem patris sui, vna cum reliquis suis fratribus & sorore eiusque marito incendio viuum comburi iussit, quod in factione deprehensus esset.

ALEXANDRIA filia Auidij Cassij tyranni, coniunx Druentiani. Huic post cędem patris à Marco libera cum marito euagandi potestas concessa est, vixitque non quasi tyranni, sed quasi Senatorij ordinis pignus in summa securitate: Sed defuncto Marco, ab eius filio Commodo interfecta est cum marito & fratribus, nempe incendio omnes viui cremati.

JMPER. CÆSAR; DIVI M. ANTONINI. PII. Germanici, Sarmatici, F. Diui Pii, Neros. Diui Hadriani Pronepos. Diui Traiani Parthici Abnepos Diui Neruæ Adnepos, M. Ælius, Aurelius Commodus Antoninus Pius Felix Augustus. Germ. Sarmat. Britan. Pont. Max. Trib. Poteſt. XIIX. Imp. VIII. Coſ. VII. P. P.

ÆNEVM COMMODI NVMISMA.



Lucius Ælius Aurelius Commodus Imp. ex Marco Antonino Philoſopho, & Fauſtina prid. Cal. Septemb. patre patruoque Conſ. Anno vrbis conditæ DCCCCXIV. Chriſti CLXII. Lammii, vno partu cum Marc. Antonio Gemino fratre natus eſt. Appellatus Cæſar. IV. Idus Octobris, Seruilio Pudente II. & T. Vitraſio Pollione Coſſ. Anno vrbis C∞ XIX. Chriſti CLXVII. Auguſtus à patre appellatus eſt V. Calendarum Decembris, T. Vitraſio Pollione II. & M. Flauio apro II. Coſſ. Anno vrbis C∞ XXIX. Chriſti CLXXVII. Imperare cœpit ſolus XVI. Calend. Aprilis die obitus patris Syrmii in Pannormia Anno vrbis C∞ XXXII. Chriſti CXXCI.

Impe-

Imperauit annos XII. menſes VIII. & dies XV. Strangulatus eſt Romæ in hortis Vectilianis, à Narciſſo athleta, pridie Calend. Ianuarii, ipſo VII. & P. Heluio Pertinace II. Coſſ. Anno vrbis C ∞ XLV. Chriſti CXCIV. Sepultus in Hadriani ſepulchro. Poſt à Seuero inter Diuos relatus, Diuus Commodus Antoninus appellatus eſt. Vixit annos XXXI. menſes IV. Fuit vir pulchra viriliq; facie, tranquillæ faces oculis emicabant: flaua & criſpa ipſi erat cæſaries, quæ, quando in ſole ambulabat, velut igne quodam rutilabat. Comam & barbam aduſſit non fidens tonſori: vitio inter inguina prominente laborauit.

ÆREVS CRISPINÆ NVMMVS.



CRISPINA Antiſtij Burrhi filia, de voluntate Marci Imperatoris vxor Commodi, cuius dolo, Lucilla, ſoror Commodi, ſocia coniurationis occiſa eſt: Hanc ſuſpectam adulterii ipſe Commodus Capreas relegauit, & poſtea interfecit.



MONETA MARCIÆ ÆREA.



DAMOSTRACIA concubina Commodi primo: deinde vxor Cleandri Præfecti Prætorij, occisa cum eodem & liberis suis, propterea quod Cleander Imperium affectauerat, & Commodo insidias fecerat.

MARCIA Quadrati filia, concubina Commodi, quam vnice dilexit ac pene iustæ vxoris loco habuit, sic vt præter ignem omnes honores, velut Augustæ, tribuerentur. Hæc fuit causa coniurationis contra Commodum Imp. primo ei venenum vino odoratissimo mixtū, cum ex balneo rediret, obtulit. Quo exhausto grauedinem capitis quidem sensit, sed cum inefficax esset, & id iam inciperet euomere, immisso Narcisso athleta, Commodum strangulandum curauit. Ac post eius obitum cum Læto & electo Imperium Pertinaci obtulit: Hanc Iulianus Imperator postea cum Læto interfecit.



IMP.

IMP. CÆSAR, P. HELVIVS PERTINAX, P.F. *Augustus, Pont. Max. Trib. Potest. Cos.* II. P. P. *Procos.*

NVMISMA PERTINACIS EX AVRO.



Pertinax Imp. natus est Cal. Aug. in Liguria, in Apennino, in villa Martis, Vespronio Vero II. & Vibullio Pio Coss. Anno vrbis DCCCLXXIX. Christi CXXVII. Pertinax dictus ex continua lignariæ negotiatione: quod eam pertinaciter exerceret. Imperare cœpit Romæ Cal. Ianuarii, occiso Commodo, Q. Sosio Falcone & C. Iulio Fructo Claro Coss. Anno vrbis C∞XLV. Christi CXCIV. Ex vrbis præfecto ad tantos honores ascendit. Imperauit menses II. & dies XXV. Occisus Romæ in Palatio VIII. Cal. Aprilis eodem Anno. Sepultus in sepulchris Flauii Sulpiciani, vxoris suæ aui, mox à Seuero consecratus. Vixit annos LXVI. menses VII. & dies XXV. Fuit senex venerabilis, promissa barba, crispo capillo,

 statura

ſtatura Imperatoria, & ſatis procera, aliquanto pinguior, ventre prominulo, magis blandus quam benignus, affabilis, ſententias ſenatorum audiebat libenter, ſuamque dicebat perhumaniter, frugaliſſimus, & mediocris eloquentiæ.

VXOR PERTINACIS IMP.

FLAVIA TITIANA, Flauij Sulpitiani filia, quem Præfectum vrbi, loco ſui fecerat Pertinax, vxor Pertinacis Imperatoris. Circa cuius pudicitiam minus curioſus fuit; quæ palam citharœdum diligebat, & ipſe vſq; ad infamiam Cornificiam amabat. Ex ea filios & filias ſuſcepit.

P. HELVIVS PERTINAX, filius Ælii Pertinacis Imperatoris. Hunc Cæſarem Senatus appellauit: ſed eam appellationem antequam mereretur, filium aſſumere pater non eſt paſſus. Poſt patris obitum flamen eſt factus Martiani ſodalitii qui Diui Marci ſacra curabat. Heluiani poſtea, propter Heluium Pertinacem dicti. Ab Antonino Caracalla deinde ob hoc ſolum, quod filius eſſet Imperatoris, interfectus eſt.

HELVIA filia Publij Heluij Pertinacis & Flauiæ Titianæ, deſponſata filio Publij Didij Proculi fratris Iuliani, ad quem Pertinax, cum eum Didius Iulianus Pertinaci obtuliſſet, dixit: obſerua collegam & ſucceſſorem meum.

CORNIFICIA, concubina Pertinacis, quam, neglecta vxore parum pudica, maxime amore complexus eſt.


IMP.

IMP. CÆS. M. DIDIUS, M. F. COMMODUS Seuerus Iulianus Augustus, Pontifex Maximus, Tr. Potest. Cos. II. Pa. Pat.




Didius Iulianus Augustus, natus est Mediolani VII. Cal.Iun. Ti.Iulio Alexandro II. & Iunio Syllano Coss. An. vrbis DCCCXXCVI. Christi CXXXIV. Imperare cœpit Romæ, prius Senator VIII. Cal. April. Falcone & Claro Coss. Imperauit menses VI. & dies V. Occisus est Romæ in Palatio III. Cal. Octob. an. vrb. C∞XLVI. Chr. CXCIV. Sepultus in monumentis proaui sui Saluij Iuliani. Vixit annos LX. menses IV. & dies IV. Fuit vir senex, gulosus, superbus, in Imperio vero humilimus, aleator, ita vt & Pertinace nondum humato & in Palatio iacente, ipse in Palatium profectus, cum ibi inuenisset cænam paratam Pertinaci, statim cœperit ei illudere, accersitisque vnde potuit, compleuerit, & appararit omnia, luseritq; aleis: Pyllademq; saltatorem cum aliis quibusdam admiserit. Palatium circumdedit cancellis, & firmissimis ianuis clausit, ne tam facile à plebe vel militibus posset violari.

NVMMVS MANLIÆ SCANTILLÆ.



Manlia Scantilla, vxor Didii Iuliani Imperatoris. Ab hac persuasus Iulianus Imperium suscepit, ac postea à Senatu Augusta est appellata.


MONETA DIDIÆ CLARÆ ÆREA.



Didia Clara Iuliani ex Manlia Scantilla filia, Cornelio Repentino in coniugium tradita, Augustaq; nominata. Post patris interitum, nomen est abrogatum, sed concessum patrimonium.

IMP. CÆS. C. PESCENNIVS NIGERIVS, AVGVSTVS, Pontif. Max. Trib. Poteſt. Coſ. II.

NVMISMA PESCENNII NIGRI EX ÆRE.



Nigerius



Nigerius Imp. natus est Romæ, ex patre Annio Fusco, matre Lampridia. Imperare cœpit Antiochiæ in Syria, ex Orientis legato, Falcone & Claro Coss. Anno vrbis c ∞ x l v i. Christi c x c i v. mortuo Pertinace circa initium Iulij mensis. Imperauit annum i. & menses aliquot. Occisus est apud Cyzicum in Asia, Anno sequenti, Imp. Seuero Aug. ii. & Albino Cæsare ii. Coss. Anno vrbis c ∞ x l v i i. Christi cxcv. Filii eius cum matre in exilium acti, & paulo post occisi, omnesque statim illius amici supplicio affecti sunt iussu Seueri Imp. Sic periit Pescennius Niger, homo alioqui (vt perhibent) publice priuatimque minime improbus, statura prolixa, forma decorus, oris verecundi ac semper rubidi, ceruice adeo nigra, vt ab ea, Nigri nomen acceperit. Cætera corporis parte candidus, & magis pinguis, capillo ad gratiam in verticem reflexo, adeo vocalis, vt ad mille passus vox eius audiretur. Miles optimus, Tribunus singularis, Dux præcipuus, Legatus seuerissimus, Consul insignis, domi forisque conspicuus, Imperator infelix.



Vxorem

Vxorem habuit & liberos qui à Seuero occisi sunt.

IMP. CÆS. D. CLODIVS SEPTIMIVS, Albinus, Augustus. Tribuni. Potest. Cos. II. P. P.

NVMISMA ÆNEVM ALBINI.



Clodius Albinus, ex patre Cæionio Posthumio, matre Aurelia Messalina genitus, nobilis apud suos, originem à Romanis familiis Posthumiorum, Albinorum, & Cæioniorum genere traxit. Hic cum est editus, contra consuetudinem, cum qui nascuntur rubere soleant, fuit candidissimus, vnde & nomen accepit Albini. Natus est Adrumenti in Africa VIII. Cal. Decemb. Imperare cœpit in Britanniis, qui Britannorum legatus erat, occiso Pertinace. Anno C ∞ X L V I. Christi C X C I V. circa mensem Iunium, Falcone & Claro Coss. Imperauit annos III. menses VIII. & dies aliquot. Occisus est in prælio prope Lugdunum in Galliis XI. Cal. Martii. Ap. Claudio Laterano, M. Marcio Titio Rufino Coss. Anno vrbis C ∞ X L I X, Christi CXCVIII. & in Rhodanum proie-

proiectus est. Coniunx & liberi ac omnes amici eius, plurimiq; Senatores, à Seuero, ipsius causa, occisi sunt. Hunc finem habuit Albinus, iam prouectus ætate, breui sane lætatus honore, ac funesto. Fuit Albinus statura procera, capillo nitido, & crispo, fronte lata, admirabili candore, voce muliebri ad sonum Eunuchorum, motu facili, iracundia graui, furore tristissimo, in luxuria varius, voracitatis maximæ. Tantũ enim pomorũ hausit, quantũ humana ratio non patitur: & ficus quingentas passarias, quas Græci Callistrulias dicunt, ieiunus commedit, & centum Persica Campana & Melones Hostienses decem, & vuarum Lãnicanarum pondo xx. ficedulasq; centum, & ostrea quadraginta. Vini parcus fuit, moribus grauis, atrox in militem, sæpe enim Centuriones etiam sine causæ qualitate in crucem sustulit, verberauit sæpe virgis, neq; delictis militum pepercit: Vxori infensissimus fuit, &c.

ÆNEVS PESCENNIÆ PLAVTIANÆ NVMMVS.




PESCENNIA PLAVTIANA Plautiani filia, vxor Clodii Albini, ex qua liberos suscepit. Huic Albinus fuit infensissimus. Hæc victo & occiso marito, iussu Seueri necata, & cadauer eius in profluentem Rhodanum abiectum est.

DIDIVS CLODIVS ALBINVS filius Clodij Albini natu maior ex Pescennia Plautiana, post victum patrem trũcatum-

catumque ipse mandato Seueri quoque interfectus fuit cum fratre minore & matre, quorum cadauera in Rhodanum deiecta.

Pescennivs Prinævs Albini ex Pescennia Plautiana filius minor natu, puer adhuc, quem Seuerus infantulum suum in epistola quadam nominat, eique munera se missurum promittit. Hic occiso patre etiam à Seuero truncatus est, & corpus in profluentem abiectum. Et sic dona promissa ei talia exoluta sunt.

Cæionia Albini soror, filia Cæionii Posthumi & Aureliæ Messalinæ, vxor Bebii Metiani, hanc salutat Seuerus in quadam Epistola ad Albinum suo & vxoris suæ Iuliæ nomine. Occisa cum marito à Seuero.

IMP. CÆSAR, L. SEPTIMIVS, M. F. SEVERVS, Pius, Pertinax, Augustus, Parthicus, Arabicus, & Parthicus. Adiabenicus. Britannicus. Pont. Max Trib. Pot. XVIII. Imp. XII. Cos. III. Procos. P. P.

ÆNEVM SEVERI NVMISMA.

119.





120.





L. SEPTIMIVS Seuerus Augustus natus est Lepti in Africa. XIIII. Cal. Iulii, Sexto Erutio Claro II. & Cn. Claudio Seuero Coss. anno vrbis DCCCXCIIX. Christi CXLVI. Imperare cœpit in Pannonia apud Carnutum Idibus Maij, Claro & Falcone Coss. An. vrbis C ∞ XLVI. Christi CXCIV. Imperauit annos XVII. menses VIII. & dies XXI. Solus imperare cœpit occiso Iuliano, quum ei Imperium à Senatu decerneretur, Calen. Iuniis, iisdem Coss. Imperauit post occisum Iulianum annos XVII. menses VIII. dies III. Obiit Eboraci in Britannia, pridie Nonarum Februa. Q. Epidio Rufo Lolliano Gentiano & Pomponio Basso Coss. Anno vrb. C ∞ LXIII. Christi CCXII. Sepultus Romæ in Hadriani mola à filiisque consecratus. Vixit annos LXV. menses VII. & dies XVIII. Fuit autem Seuerus vir decorus, promissa barba, cano capite & crispo, vultu venerandus, voce canorus, bellicosus, liberalis, literatus, & insignis mathematicus, disciplinæ & liberalium artium percupidus, cibi parcissimus, vini aliquando cupidus, leguminis pariter auidus, carnis frequenter ignarus, grandis corpore, tardusque, sed fortis, licet podagra sæpe grauiterque laboraret, acutissimo excellentissimoque ingenio, erga amicos gratus, inimicis grauissimus: pecuniæ auidus, quam omnibus modis colligebat, sic vt multa millia aureorum post obitum relinqueret.

MARTIA, Bassiani filia prima, Seueri Imperatoris vxor, quam, Tribunatu plebis à Marco donatus, duxit, atq; ex ea maiorem natu Bassianum suscepit, & filias duas, Septimias Maiorem scilicet, & Minorem. Huius in historia vitæ priuatæ nullam mentionem fecit, tametsi postea Imperator factus, statuas ei collocari iusserit. Amissa hac, nullam aliam ducere voluit, nisi quę ex regali stirpe esset oriunda.

SEPTIMIA, MAIOR filia Seueri Imp. & Marciæ, hanc, Imperiũ adeptus, coniugem dedit Probo cum in-

genti dote. Huic cum præfecturam Seuerus dedisset, & obtulisset, ipse recusauit, dicens: Vilius sibi videri præfectum esse, quam generum principis. Itaq; eum ditauit, & Consulē cum Aëtio fecit an. vrb. conditæ DCCCCXLV.

SEPTIMIA, MINOR filia Seueri Imperatoris ex Martia, quam vt Imp. factus est, coniugem cum dote dedit Aëtio, & hunc cum altero genero consulem designauit. Anno vrbis DCCCCXLV.

NVMMVS IVLIÆ DOMNÆ ÆNEVS.



IVLIA DOMNA, PIA, FOELIX, In Syria oriunda ex regia stirpe, ex Emesena vrbe, soror Mæsæ. Hanc ideo Seuerus duxit in vxorem: Cumq; prima nocte cum illa esset concubitur⁹, Faustina Imperatrix, Marci vxor, vtrique parauit thalamum, iuxta palatium in templo Veneris. Hæc parum casta fuit. Vnde & Argentocoxi Caledonij Britanniæ reguli vxor, ei quæ ipsam morde-

mordebat, initis fœderibus, quod ipse impudenter cum maribus versaretur, dixisse fertur: Nos, inquit, multo melius explemus ea, quæ naturæ postulat necessitas, quam vos Romanæ: Nam aperte cum optimis viris habemus consuetudinem; Vos autem occulte pessimi homines constuprant. Hæc fuit mater Antonini Getæ. Mortuo Seuero, nupsit priuigno Bassiano Caracallæ, & sic incestum commisit cum eo, qui ipsius filium in sinu confecerat: cumq; etiam Bassianus priuignus, & maritus eius occisus esset in Syria insidiis Macrini, ipsa sibi mortem quoq; Antiochiæ, vbi tum morabatur, ob calamitates liberorum, consciuit.

IMP. CÆSAR, DIVI L. SEPTIMII SEVERI, PII, Pertinacis, Arabici, Adiabenici, Parthici, F. M. Aurelius Antoninus, Pius, Fel. Aug. Parthicus Maximus, Britannicus Maximus, Germanicus Maximus, Pontif. Max. Trib. Pot. XIX. Imp. III. Cos. IV. P. P. Procos.

MONETÆ CARACALLÆ EX ÆRE.



Cara-

Caracalla natus est Lugduni VI. Idus Aprilis, C. Acilio Fusiano, & Dulio Syllano Coss. Anno vrbis C ∞ XL. Christi CXXCIX. Cæsar appellatus à patre Cal. Iunijs C. Domitio Dextro II. & L. Valerio Messala Prisco Coss. Anno vrbis C ∞ XLIX. Christi CXCVII. Augustus appellatus à patre viuente Cal. Iunijs, Ti. Aterio, Ti. F. Saturnino, C. Annio Ap. F. Trebonio Gallo Coss. Anno vrbis C ∞ LI. Christi CXCIX. Imperare cœpit post mortem patris Seueri cum fratre Geta Augusto Eboraci in Britannia prid. Nonarum Februarij, Gentiano & Basso Coss. Anno C ∞ LXIII. Christi CCXII. Imperauit cum fratre annum I. & dies XXII. Imperauit post fratris cædem annos V. menses III. & dies XXII. In vniuersum autem imperauit annos VI. menses II. dies V. Occisus VI. Idus Aprilis Carris, prope Edessam, in Mesopotamia, insidijs Macrini præfecti prætorij Megalensibus, die natalis sui, Brutio Præsente, & Extricato Coss. Anno vrbis C ∞ LXIX. Christi CCXIIX. sepultus Romæ in mola Hadriani, & à Macrino militum timore consecratus. Vixit annos XXIX. Vacauit eo mortuo Imperium per dies IV. Fuit male moratus, & patre duro crudelior, auidus cibi, vini etiam appetens, suis odiosus, & præter milites prætorianos omnibus castris exosus, fuit ægra valetudine, corpore alioquin non fortis nec procerus, acuto & acri ingenio præditus ad intelligendum, promptus ac celer in respondendo, futilis, & quæcunque in buccam venissent, aperiens & proferens, parricida & incestus, caluus & raro capillo: in bellis minime animo forti, liberalis in milites. Alexandrum imitaturus assentantium fallacijs eo perductus, vti truci fronte & ad læuum humerum conuersa ceruice incederet.



ÆREVS

ÆREVS NVMMVS PLAVTILLÆ.



Plautilla Plautiani Præfecti Prætorij filia, coniunx Antonini Caracallæ, mulier formosa, desponsata & in matrimonium ei collocata à Seuero patre. Huic pater Plautianus dotis loco tantum dedit, quantum reginis quinquaginta satis fuisset: quæ omnia ex ipsius ædibus per forum in Palatium translata sunt: Verum Antoninus Caracalla parum lætus eo matrimonio, sed ad id necessitate potius quam voluntate impulsus. Nam puellã ipsam pariter ac puellæ parentem pessime oderat. Quod cum puella identidem ad patrem referret, exorto vtrinque odio, insidias alter alteri fecit, vbi tandem & Antoninus Plautianum in conspectu Seueri interfici iussit. Post eius obitum, Seuerus Plautillam Caracallæ vxorẽ, vna cum fratre suo Plauto, & filiolo, quem ex Antonino Caracalla susceperat, relegauit in Siciliam, datis opibus, quantæ ad victum atque vsum abunde sufficerent.

Idq; Seuerus ideo fecit, quod videret filium Caracallam ei exitium intendere, quibus maxime artibus & machinis poterat. Post obitum patris Seueri, tandem eam cum fratre Plauto in exilio occidi iussit.

ANTONINVS filius Bassiani Antonini Caracallæ ex Plautilla, qui à Seuero cum matre post cædem Plautiani aui materni in Siciliam relegatus est; vbi etiam infans mortuus est.

ÆREA IVLIÆ DOMNÆ MONETA.



IVLIA DOMNA nouerca Bassiani, cum esset pulcherrima, & quasi per negligentiam se maxima corporis parte nudasset, dixissetq; Antoninus, vellem si liceret, respondisse fertur: SI LIBET, LICET, AN NESCIS TE IMPERATOREM ESSE, ET LEGES DARE, NON ACCIPERE? Quo audito, furor inconditus ad effectum criminis roboratus est, nuptiasq; eas celebrauit, quasi sciret se leges dare, cum vero solus prohibere debuisset. Ea sæpius eum ad frugem adhortata est, & recte eum monuit, sed parum profecit: Fuit ingeniosa, & libenter disputabat ac philosophabatur cum doctis viris. Cum Bassianus interficeretur, ipsa Antiochiæ erat, cumq; eius cædem cognouisset, ita affecta est, vt se grauiter percutere ac mortem sibi consciscere cōaretur. Obiit ergo eodem anno quo Caracalla, nempe anno vrbis D ∞ LXIX.

ÆREVS

ÆREVS IVLIÆ SOEMIDIS NVMMVS.



IVLIA SOEMIAS, siue SOENIS, vel SEMIAMIRA filia Mæsæ, sororis Iuliæ Domnæ, in iuuentute, dum esset in aula imperatoria apud Iuliam materteram, à Caracalla compressa, vnde & Heliogabalum fertur procreasse. Vxor dein Marcelli Syri. Hæc cum filio senatum ingressa Consulum subsellia occupauit, totumque fere Imperium gubernauit, mulier probrosissima, filioq; digna, cum quo etiam simul necata est.

Æ·NEA IVLIÆ MAMMEÆ MONETA.



IVLIA MAMMEA filia Mæsæ, soror Iuliæ Semiamiræ, concubina Caracallæ, dum esset iuuencula, & degeret cum matre Romæ apud materteram Iuliam Domnam Seueri coniugem. Postea vero fuit vxor Varij Genesij Martiani Syri, mater Alexandri Seueri Imperatoris,

cum quo etiam occisa, & postea in Diuarum catalogum à Senatu relata, eundem exitum vitæ quem soror Sœmiamira habuit, & eosdem honores sortita fuit.

IMP. CÆSAR, DIVI SEVERI, PII PERTINACIS, F. P. Septimius Geta Antoninus, Pius, Felix, Augustus Britannicus, Pontifex, Tribun. Potest. IV. Cos. II. Pat. Patr.

ÆNEVS GETÆ NVMMVS.

130





131.





ANTONINVS GETA natus est Mediolani, VI. Cal. Iunij, Iunio & Seruilio Syllanis Coss. ordinariis; Seuero & Vitellio suffectis, Anno vrbis C ∞ XLII. Christi C XC. Cæsar appellatus à patre v. Idus Augusti, Ti. Claudio Seuero & C. Aufidio Victorino Coss. An. vrb. C∞ LIII. Christi CCI. Imperare cœpit mortuo patre, cum fratre Caracalla Eboraci in Britannia, III. Id. Apr. Imperauit cum fratre mens. x. & dies xv. Occisus Romæ in Palatio à fratre, v. Cal. Martij, M. Pompeio M. F. Aspro & alio

Aspro

Aſpro Coſſ. Anno vrbis c ∞ LXIV. Chriſti CCXII. Sepultus in Septizonio Seueri, Romæ in via Appia dextera parte euntibus ad portam. Vixit annos XXII. & menſes IX. An vxorem habuerit, incertum.

IMP. CÆSAR, M. OPELLIUS, AURELIUS Seuerus, Macrinus, Felix Auguſtus, Pontif. Max. Trib. Poteſt. II. Coſ. II. Pat. Patr.

NVMISMA MACRINI EX ÆRE.



Macrinus Imp. natus eſt humili loco, C. Iulio Macrino II. & L. Cornelio Celſo Coſſ. An. vrb. c ∞ XVII. Chriſti CLXV. Imperare cœpit ex Præfecto prætorij apud Carras in Meſopotamia, III. Idus April. anno vrbis c ∞ LXIX. Chriſti CCXVIII. cum filio. Imperauit annum I. menſes II. & dies III. Occiſus Idib. Iunii in vico quodã Bithyniæ, prope Chalcedonẽ, Antonino Diadumeniano Cæſare filio, & Aducto Coſſ. an. vrb. cond. c ∞ LXXI. Chriſti CCXIX. Vixit annos LIV. Sic periit Macrinus, homo faſtuoſus, arrogans & ſanguinarius, qui homines

viuos

viuos parietibus inclusit, adulterij reos simul viuos incendit. Milites sæpe variis cruciatibus affecit, & supplicijs seruilibus puniuit. In domesticos tam ferus & crudelis, vt serui sui non Macrinum, sed Macellinum illum dicerent, quod macelli specie domus ipsius cruentaretur. In annonis aliâs tribuendis largissimus fuit; in auro parcissimus. Iuris mediocriter peritus, barbam nutriuit, staturæ corporis erat iustæ, vestitu delicatiore, ciboque suauiore delectatus, non affabilis, conuiuiis adhibere literas solebat.

VXOR MACRINI IMP.

NVMIA CELSA Opilii Macrini Imp. vxor, ex qua natus est Diadumenianus. Ad hanc Opilius Macrinus epistolam scripsit, qua gloriabatur, non tam quod ad Imperium peruenisset, quam quod Antoniani nominis esset pater factus. Hæc parum pudica fuit, ita vt etiam mœcha in carminibus nominaretur à poëtis.

M. OPELIVS ANTONINVS DIADVMENIANVS Cæsar, Macrini August. F. Cos. Princeps Iuuentutis.

DIADVMENIANI ÆNEVS NVMMVS.



Diadu-

Diadumenianus ex Macrino, & Numia Celsa natus XIII. Cal. Octobris in villa patris: Seuero III. & Caracalla II. Coss. Anno vrbis c ∞ LV. Christi CCIII. Dictus Diadumenianus, quod cum nasceretur, diadema Triuiæ in capite haberet. Hunc cum patre Macrino Imperatorem dixit exercitus. Imperare cœpit cum patre III. Idus Aprilis. Imperauit cum patre Macrino annum I. menses duos & dies aliquot. Occisus post necem patris in tumultu militari in Syria. Vixit annos XV. & menses IX.

IMP. CÆSAR, DIVI ANTONINI F. DIVI SEVERI PII Pertinacis Nepos, M. Aurelius Antoninus Heliogabalus, Pius, Felix, Augustus, Pont. Max. Trib. Potest, IV. Cos. IV. Pat. Patr.

HELIOGABALI ÆNEVM NVMISMA.



M. Antoninus Bassianus Vari⁹ Heliogabal⁹, Caracallæ, &

læ, & Symiamiræ ſcorti filius, natus eſt in vrbe Syriæ Arcena, L. Fabio, Marci F. Chilone, & M. Annio M. F. Libone Coſſ. anno vrbis c ∞ LVIII. Chriſti CCV. Imperare cœpit viuente Macrino in Syria, XVII. Calend. Iunij, Diadumeniano Cæſare & Aduento Coſſ. Anno vrbis c ∞ LXXI. Chriſti CCXIX. Imperauit annos III. menſes IX. & dies IV. Occiſus eſt Romæ in tumultu militari, cum matre Iulia Sœmiade, XI. Cal. Martij, ipſo IV. & Alexandro Cæſare Coſſ. anno vrbis c ∞ LXXIV. Chriſti CCXXIII. Cadauer in Tyberim proiectum. Vixit annos XIIX. & menſes aliquot. Fuit alioquin corpore decoro, & pulchra facie, mentum raſit, & pſilothrum adhibuit, ne pili & barba ei naſceretur: vt effœminatus, & quaſi mulier videretur, pro qua & haberi voluit, cũ & ſe ipſum in gratiam matris Deûm caſtraſſe & execuiſſe dicatur, prodigus, contemptor deorum, excepto patrio numine, cuius ſacerdos fuerat.

HELIOGABALI VXORES III.


MONETA ANNIÆ FAVSTINÆ EX ÆRE.



ANNIA FAVSTINA, mulier pulcherrima, M. Antonini neptis, Commodi propinqua. Hæc erat quoque Claudij Seueri, ex filio neptis & Pomponii Baſſi coniunx. Hanc Heliogabalus necato eius marito in vxorem accepit, nec ei permiſit, vt mortem mariti defleret. Eam Augu-

Auguftam appellauit, & paulo poftademptis honoribus priuatam vitam colere iuffit repudiauitq;.

NVMMVS IVLIÆ CORNELIÆ PAVLÆ ÆNEVS.



IVLIA CORNELIA PAVLA, altera Heliogabali vxor, quam ideo duxit in matrimonium, vt is dicebat, quo fieret pater celerius, qui ne vir effe poterat, in quibus nuptiis nonnulla largitus eft fenatoribus & eorum vxoribus, item equeftri ordini. Plebs fex aureis epulata eft, milites hoc amplius quatuor. Præterea facti funt ludi gladiatorii, in quibus & multæ beftiæ cæfæ funt, præfertim elephas, & tigres ad quinquaginta vnam. Poftea hanc repudiauit, prætexens caufam quod effet in eius corpore quædam macula.

MONETA IVLIÆ AQVILIÆ SEVERÆ EX ÆRE.



IVLIA AQVILIA SEVERA Virgo Veftalis, quam

 duxit

duxit contra fas, ac cōtra leges; idq; se fecisse ideo dixit, vt ex ipso Pontifice & Sacerdote, & ipsa Sacerdote Vestali liberi diuina forma nascerentur. Ita quibus ex rebus illum oportebat cæsum verberibus in foro coniici in carcerem, ac morte mulctari, de ijs maxime gloriabatur; neque tamen hanc diu retinuit, sed aliam post, deinde aliam atq; aliam duxit, deinceps tandem ad Seueram istam rediit.

NVMMVS IVLIÆ MOESÆ ÆNEVS.



IVLIA MOESA siue VARIA ab Emæsa vrbe Phœniciæ, soror Iuliæ vxoris Seueri Imperatoris, auia Heliogabali. Hæc, viuente sorore, multos annos in aula Imperatoris vixit, Seuero & Antonino principibus. Sed post mortē Bassiani ex aulica domo, per superbiam Macrini expulsa fuit. Huic erant duæ filiæ, maior natu

natu Symiamira, minor Mammæa vocabatur. Hęc promouit Heliogabalum ad Imperium, eumque ad omnem virtutem cohortata est, sed frustra. Alexianum vero, qui post Alexander appellatus est, alterum ex Mammea nepotem, Cæsarem appellari curauit, exosa vitam Heliogabali. Cumque Heliogabalus insidiaretur Alexandri vitæ, ipsa eum sub disciplina sua contra eius insidias fidelissime protexit. Post mortem Diua appellata est, & consecrata ab Alexandro Seuero Imperatore nepote ex filia.

SYMIAMIRA filia Variæ, vel Mæsæ, mater Heliogabali. Hæc cum filio Senatum ingressa, consulum subsellia occupauit, totumque fere Imperium gubernauit, mulier probrosissima, filioque digna, cum quo etiam simul necata est. Facta sunt ab ea Senatusconsulta ridicula de legibus matronalibus. Vide supra de ista plura in Caracalla, vbi etiam eius moneta extat.

IMP. CÆSAR, DIVI ANTONINI MAGNI F. Diui Seueri Pii Nepos, M. Aurelius Seuerus Alexander, P. F. Aug. Pontif. Max. Trib. Potest. XIV. Cos. III. Pat. Patriæ.

MONETA ALEXANDRI SEVERI EX ÆRE CORINTHIACO.



 Alexan-



Alexander Seuerus Imp. natus est in vrbe Syriæ Arcena, IV. Cal. Iulij, M. Numio Annio Cæionio Albino II. & Fuluio Æmiliano Coss. Anno vrbis c∞ LIX. Christi CCVII. Cæsar appellatus est, Heliogabalo Aug. III. & M. Aurelio Eutichiano Comazone III. Coss. Imperare cœpit Anno sequenti Romæ XI. Cal. Martij die cædis Heliogabali, An. vrbis c∞ LXXIV. Christi CCXXIII. Imperauit annos XIII. menses VII. & dies XVII. Occisus est Moguncíaci in Gallijs vico, cui Scila nomen est in tumultu militari, insidijs Maximini, cum matre Mammea, IV. Nonarum Octobris, L. Catilio Seuero, & L. Ragonio L. F. Vrinatio Tusconio Quintiano Consulibus, Anno vrbis conditæ c∞ LXXXVIII. Christi CCXXXVI. à Senatu inter Diuos relatus, Cadauer Romam relatum, ibidem sepulchro à Senatu fabricato sepultus est. Vixit annos XXIX. menses III. & dies VII. Primus erat post Adrianum Principem, qui veræ pietatis lumen acceperit: Nam Christum in larario suo semper habuit. Quin imò illa ex sacris literis sententia frequens ei in ore erat: Quod tibi nolis, id in alterum facere caueas. Locum etiam Christianis adiudicauit, quibus popinarij litem intendebant, rescribens, Deum multo melius quoquo modo coli, quam popinarijs assignari. Erat corporis venustate decorus, & staturæ militaris, robur militis, valetudinis bonę, qui vim corporis sui sciebat, ac semper curabat,

bat, cunctis amabilis, minime libidinosus, & Veneris aduersæ omnino ignarus. Nimius in eo ardor erat oculorum, & diutius intuentibus grauis, diuinatio mentis frequentissimâ, rerumque memoria singularis, matri nimium pie deditus, quod & ei vitio versum fuit. Iurisconsultos semper quam plurimos secum habuit. A cædibus & crudelitate abhorrens, neminem nisi iudicio damnatum perire patiebatur, propensus ad humanitatem & beneuolentiam, vnde etiam Imperium eius incruentum appellatum fuit. Hæc tamen ei vitia obiecta sunt, quod nollet Syrus, quod aurum amabat, quod suspiciosissimus erat, quod plurima vectigalia inueniebat, & Alexander Magnus videri volebat, quodque nimis seuerus in milites erat, & curas priuatas agebat.

ÆNEUS JULIÆ MAMMÆÆ NUMMUS.



IVLIA MAMMÆA, fœmina sancta, bonisque moribus,

 Variæ

Variæ vel Mæsæ, quæ soror Iuliæ vxoris Seueri Imperatoris fuit filia, soror Simiamirę, Heliogabali matris, vxor Varij, ex quo Alexandrum Imp. suscepit. Cuius consilio filius & Imp. omnia faciebat. Hæc tamen nimis auara & pecuniæ auida fuit, quo effecit, vt & filius nimis fere parcus in milites esset. Vnde & causa & origo extitit odij militum in Imperatorem filium, & tandem eiusdem cædis: Vnde & ipsa quoque à militibus occisa fuit, eodem die & anno, quo filius.

VXORES ALEXANDRI SEVERI.

MARTIAM, Martiani cuiusdam filiam in vxorem duxit Alexander. Verum cum insidiis esset petitus à socero Martiano, detecta factione, & ipsum interemit, vxorem abiecit & in Africam relegauit.

MEMMIAM Sulpitij Consularis filiam & Catuli neptem, vxorem habuit Alexander. Quæ vna cum matre Mammæa obiecerunt Alexandro nimiam ciuilitatem, dicentes eum meliorem quidē sibi potestatem, sed contemptibiliorem Imperio facere: quibus respondit: Sed securiorem atq; diuturniorem. Hanc à mulieribus famosis salutari sicuti & matrem prohibuit.

IMPERATOR CÆSAR, MARTIANVS Pius, Felix, Augustus.

Martianus Socer Alexandri Seueri, cuius filiam in vxorem duxit, & ab eodem Cæsar nuncupatus est. Verum cum Martianus insidiis Alexandrum generum Imperatorem occidere decreuisset, & istæ insidiæ detectæ fuissent, ipse occisus est cum filia: coniunx ab Alexandro repudiata & è domo abiecta.

IMP.

IMP. CÆSAR, OVINIVS CAMILLVS, Pius, Felix, Augustus.

Ouinius Camillus, Senator Romanus, antiquæ familię delicatissimus, tyrannidem affectans rebellare voluit. Hoc cum Alexandro nuntiatum ac statim probatum esset, Alexander eum ad palatium rogauit, eiq; gratias egit, quod curam Reipub. quæ recusantibus bonis imponeretur, sponte reciperet. Deinde ad Senatum processit, & timentem, ac tantæ cõscientiæ tabe confectum, participem Imperij appellauit, in palatium recepit, conuiuio adhibuit, ornamentis Imperialibus, & melioribus quam ipse vtebatur, affecit. Et cum expeditio barbarica esset nunciata, vel ipsemet, si vellet, vt iret, vel vt secum proficisceretur, hortatus est. Et cum ipse pedes iter faceret, illum inuitauit ad laborem, & post quinq; milliaria cunctantem, equo sedere iussit. Cumq; post duas mansiones equo etiam fatigatus esset, carpento imposuit. Hoc vero etiam seu timore seu vere respuentem, quinetiam Imperium abdicantem, & mori paratum, dimisit: commendatumq; militibus, vt tutus ad villas suas iret, præcepit, in quibus diu vixit, sed post iussu Imperatoris occisus est, quod militaris esset, & à militibus amaretur.

IMP. CÆSAR, TAVRINVS, PIVS, Felix, Augustus.

Taurinus in Oriente tyrannidem sub Imperio Alexandri Seueri occupauit & Augustus effectus est. Verum paulo post ob timorem ipse se Euphrati fluuio obiecit, & aquis suffocatus est.

IMP. CÆSAR, C. IVLIVS MAXIMINVS, PIVS, Felix, Augustus, Germanicus, Pontif. Max. Trib. Poteſt. III. Coſ. P. P. Imperator III.

MONETA MAXIMINI ÆNEA.



Iulius Maximinus Thrax, ex patre Micæa, & matre Ababa, barbaris natus, in vico Thraciæ, Claudio Maximo & Cornelio Scipione Orfito Coſſ. Anno vrbis c ∞ x x v. Chriſti ccxxiii. In prima pueritia paſtor & opilio in montibus Thraciæ fuit, corporis vaſtitate ac robore conſpicuus, manu quaſi à fortuna ductus, ad Imperium venit. Stipendia primum ſub Seuero meruit: tantæ magnitudinis ac fortitudinis, vt xvi. lixas vno ſudore ſuperaret, ac ſeptem valentiſſimos milites proſterneret, & terræ allideret, ita vt ab aliis Achilles, & Aiax, ab alijs Hercules, &c. nominaretur. Imperare

cœpit

cœpit in Galliis, nondum Senator, & primus ex corpore militari Imp. sine S. C. appellatus IV. Nonas Octobris, die cædis Alexandri Imper. Anno vrbis c ∞ XXCVIII. Christi CCXXXVI. Imperauit annos duos, & menses aliquot. Occisus est P. Titio Perpetuo, & L. Ouinio Rustico Corneliano Coss. cum filio prope Aquilegiam in tumultu militari, Anno vrbis c ∞ XC. Christi CCXXXVIII. Cadauera in profluentem proiecta. Vixit annos LXV. Fuit autem virili forma decorus, moribus agrestis, proteruus atq; superbus, corpore procerus, ita vt corporis proceritate, candore atq; oculorũ magnitudine omnes excelleret. Tantæ etiam voracitatis, vt vno die XL. libras carnis, vel, vt Cordus dicit, LX. ederit, amphoram autem Capitolinam vini biberit: Vnde non immerito Milo Crotoniates appellatus est.

PAVLINÆ NVMISMA

EX ÆRE.



PAVLINA Augusta vxor Maximini, ex qua suscepit filium C. Iulium Verum Maximum; hujus dextrocherio, id est, armillo dextri brachii Maximin⁹ vtebatur pro annulo: Maximos enim digitos habebat vt diximus. Vnde & non iniuste nomen Maximini ei impositum fuit.

C. IVLIVS VERVS, MAXIMVS, CÆSAR, *Germanicus, Maximini Aug. F.*

MAXIMI NVMMVS ÆREVS.



Maximinus iunior, alias Maximus Cæsar, natus est Bruttio Præsente, & Extricato Coss. An. vrbis c ∞ lxx. Christi ccxviii. Imperare cœpit cum patre in Galliis mense Octobris. Imperauit cum patre biennium. Occisus cum patre prope Aquileiam, tumultu militari, anno vrbis c ∞ xc. Christi ccxxxviii. & in fluuium proiectus. Vixit annos xxi. Talem vitæ exitum sortitus est Iuuenis pulcherrimus. Fertur caput eius tantæ pulchritudinis fuisse, vt mortui iam nigrum, & sordens, maceratumque, defluente iam tabo velut vmbra, pulcherrimum videretur.

Ivnia Fadilla, Proneptis Antonini Pii Imperatoris, desponsata fuit Maximino Iuniori; quæ postea nupsit Toxotio eiusdem familię senatori, qui periit post prætu-


præturam. Manſerunt autem penes Iuniam Fadillam arræ regiæ, quæ tales fuerunt. Monolium de albis nouem, reticulum de praſinis vndecim, dextrocherium de Coſtula de Hyacinthis quatuor, præter veſtes auratas & omnes regias, cæteraq; inſignia ſponſaliorum.

IMPERATOR MAGNVS *Pius, Felix, Auguſtus.*

MAGNVS, Vir patritius & Conſularis, tyrannidem contra Maximinum arripere conatus eſt. Nam cum Maximinus Rhenum traieciſſet, vt in Germaniam proficiſceretur: Magnus haud ſane paucis militibus, ſed qui virtute cæteros anteirent, ac iis potiſſimum, quibus cuſtodia curaque pontis demandata erat, perſuaſerat (ſicuti dicebatur) vt ſimul ac Maximinus in alteram ripam amnis illius perueniſſet, ponte abſciſſo, redituque interclufo barbaris eum proderent. Rheni enim tanta latitudo & profunditas eſt, vt irremeabilis ſit, ſi nauigia non adſint. Eo autem tempore nullæ naues in eo flumine erant. Maximinus cognitis hiſce, non ſolum in Magnum, ſed & omnes, qui coniurati exiſtimabantur, ſeueriſſime & crudeliſſime animaduertit, occaſionem alioquin ſemper ſæuiendi in quoſuis captans, anno vrbis C ∞ XXCIX. &c.

IMPERATOR CÆSAR, T. QVARCINVS *Pius, Felix, Auguſtus.*

TITI QVARCINI MONETA ARGENTEA.



TITVS

TITVS QVARCINVS ab Ofrohenis, à Maximino deficientibus, Imperator factus & appellatus est. Nam cum indoluissent Alexandri Seueri interitu, ac propterea defecissent, forte fortuna in hunc Quarcinum Alexandri amicum, paulo ante è castris à Maximino dimissum, inciderunt, in lecto cubantem, itaq; correptum ac reluctantem, neque tale quippiam cogitantem, ac inuitum, ducem sibi elegerunt, purpuraq; eum, prælatoque igni, vti Imperatoribus fieri solet, ad Imperium protulerunt. Cumque iam per sex menses sic Imperium apud eos tenuisset, in tabernaculo dormiens à contubernali Macedonio, & amico intimo per insidias trucidatur, Anno vrbis c ∞ xxcix. &c. Magnopere autem gratum se facturum Maximino putans Macedonius abscissum Quarcino caput dono ipsi obtulit. Verum Maximinus quamuis eo facinore lętus gaudensque ob interemptum hostem, tamen illum, haud modica sperantem, putantemq; sibi ingentes gratias relatum iri, extremo supplicio affecit. Itaq; dignas defectionis & perfidiæ pœnas dedi.

CALPHVRNIA, vxor Titi Quarcini, ex gente Censorinorum oriunda, matrona nobilis & Sancta, quam reliquæ matronæ vniuiriam sacerdotem inter sacratissimas fœminas adorarunt: Cuius statuam etiam in templo Veneris posuerunt argolicam sed auratam. Hæc vniones Cleopatranos habuit, & lacem centum librarum argenti, in qua maiorum eius expressa fuit historia.



IMP.

IMP. CÆSAR, M. ANTONINVS GORDIANVS Africanus, Pius, Felix, Augustus, Pontifex Maximus, Trib. Poteſt. Coſ. II. P. P.

ÆNEA MONETA M. ANT. GORDIANI AFRICANI.



GORDIANVS SENOIR ex patre Mettio Marullo, & matre Vlpia Gordiana natus Romæ, Barbato & Regulo Coſſ. Anno vrbis c ∞ x. Chriſti c l v III. Imperare cœpit Thyſdri in Africa, ex Proconſule Africæ contra Maximinum creatus, v I. Cal. Iun. Perpetuo & Corneliano Coſſ. Anno vrbis c ∞ x c. Chriſti c c x x x v III. Imperauit menſem vnum & dies v I. Seipſum laqueo ſtrangulauit, Cal. Iulijs, Carthagine, ibique ſepultus eodem Anno, atq; inter Diuos à Senatu relatus eſt. Vixit annos xxc. Originem paternam ex Gracchorum genere, maternam ab Imperatore Traiano trahens, Conſul ditiſſimus & inter diuites potentiſſimus, in prouinciis tantum terrarum habens, quantum nemo priuatus. Fuit ſtatura

K proce-

procera, canitie decora, pompali vultu, ruber magis, quam candidus, facie bene lata, oculis, ore, fronte verendus: corporis qualitate subcrassus, moribus ita moderatus, vt nihil possis dicere, quod ille aut cupide aut immodeste, aut nimie fecerit, suos liberos & nepotes, neptesq; vnice dilexit. Vini parcus, cibi parcissimus, vestitu nitidus, lauandi cupidus, somni plurimi per naturam: Vita venerabilis, sed non dignum vitæ exitum sortitus.

GORDIANI AFRICANI SENIORIS *vxor & filia.*

FABIA ORESTILLA Antonij proneptis, Gordiani senioris coniunx, ex qua Gordianum filium Imperatorem, & Metiam Faustinam suscepit. Fuit autem ipsa Orestilla Annij Seueri filia. Procreauit illa etiam alium filium, cuius nomen non reperitur.

METIA FAVSTINA Gordiani Senioris, & Fabiæ Orestillæ filia, quam pater Iunio Balbo consulari viro despondit, ex quo suscepit filium Gordianum, videlicet III. Imperatorem.

IMP. CÆSAR, M. ANTONINVS GORDIANVS *Africanus, Gordiani Augusti Fil. P. F. Augustus, Pont. Trib. Potest. Cos. P. P.*

NVMMVS ÆNEVS M. ANTONINI GORDIANI.


355





Gordia-

III.



Gordianus Iunior natus eſt Romæ, Caſſio Aproniano & M. Atilio Metillio Bradua II. Coſſ. Anno vrbis c ∞ XLIV. Christi CXCII. Imperare cœpit cum patre Thyſdri in Africa, ex patris legato, VI. Calend. Iunii, creatus. Imperauit cum eo menſem vnum & dies VI. Occiſus eſt in prælio Cal. Iulii eiuſdem anni, pugnans contra Capellianum procuratorem Mauritaniæ in Africa prope Carthaginem, & ex S. C. cum patre inter Diuos relatus. Vixit annos XLVI. Iunius Cordus ſcripſit, ipſum vxorem non habuiſſe. Dexippus contra, eius filium eſſe dicit Gordianum III. Gordianus vero fuit corporis vaſti & proceri, ſatis pulcher, cibi parcus, fuit vini cupidior, nec facile per æſtatem, niſi frigida, & quam plurimum bibit: Mulierum cupidiſſimus: habuit enim concubinas XXII. Ex quibus omnibus ternos & quaternos filios reliquit. Vixit in delitiis, in hortis, in balneis, in amæniſſimis nemoribus. Nec pater aſpernatus eſt, ſæpiſſime dicens, illum aliquando in ſumma claritate cito eſſe moriturum. Veſtitu cultiſſimus, ſeruiſq; ſuis percharus.



IMP. CÆS. DIDIVS COELIVS BALBINVS, PIVS, Felix, Aug. Pont. Max. Trib. Poteſt. II. P.P. & Senatus.



Balbinus natus eſt Romæ, Cornelio Scipione Orphito, & Vettio Ruffo Coſſ. Anno vrb. c ∞ xxxi. Chriſti c l x x i x. Imperare cœpit Romæ ex conſulari, viuente Maximino, creatus cum Maximo ex S. C. poſt cædes Gordianorum, v i i i. Idus Iulii, Perpetuo & Corneliano Coſſ. Imperauit annum plus minus vnum. Occiſus eſt ludis Capitolinis, circa initium menſ. Iunij Romæ in tumultu militari cum Maximo, M. Vlpio Pio & Proculo Pontiano Coſſ. Anno vrb. c ∞ x c i. Chriſti ccxxxix. Vixit annos l x. Fuit vir ſtatura procerus, corporis qualitate conſpicuus, in voluptatibus nimius, quem quidē adiuuabat diuitiarum abundantia, eloquentia clarus, poëmata fecit ſui temporis plurima præcipiti vſu: Vini, cibi, & rei Venereæ auidus, veſtitus elegantioris, & nitidioris cultus. Domum Romæ habuit in Carinis ingentem & pulchram. Ipſe ſupra modum benignus & liberalis. Vxorem habuit, ſed nomen hactenus ignoratur.

IMP.

IMP. CÆSAR, MARCVS CLODIVS PVPPIENVS Maximus, Pius, Felix, Augustus, Pont. Maxim. Trib. Potest. Cos. Pater Patriæ, & Senatus Imperator.

PVPPIENI NVMMVS ÆREVS.



159





160



Puppienus Imp. natus est Romæ ex patre Maximo, & matre Prima, C. Iulio Macrino & L. Cornelio Celso Coss. Anno vrbis c ∞ x v i i. Christi c l x x v. Imperare cœpit Romæ cum Balbino, ex Præfecto vrbis ex S. C. contra Maximinum creatus v i i i. Idus Iulij, Anno vrbis c ∞ x c. Christi c c x x x v i i i. Imperauit annum plus minus vnum. Occisus cum Balbino Romæ ludis Capitolinis in tumultu militari, Pio & Pontiano Coss. Anno vrbis c ∞ x c i. Christi c c x x x i x. circa Cal. Iunii. Vixit annos l x x i v. An vxorem habuerit, incertum. Fuit autem Puppienus cibi auidus, vini parcissimus, ad rem veneream nimis rarus, domi forisq; semper seuerus, ita vt & tristis cognomen acciperet: vultu grauissimus & verecundus, constans; statura procerus, corporis qualitate sani-

nissimus, moribus aspernabilis, attamen iustus, neq; vnquam vsq; ad exitum negotiorum vel inhumanus, vel inclemens. Rogatus enim semper ignouit, nec ira excanduit, nisi vbi eum irasci oportuit.

IMP. CÆS. M. ANTONINVS GORDIANVS, PIVS, Felix, Augustus, Pontifex Maximus, Trib. Potest. VI. Cos. II. P. P. Imp. II.

NVMISMA EX ÆRE CORINTHIO
GORDIANI NEPOTIS.



Gordianus III. Imperator natus est Romæ ex filia Gordiani Maioris, L. Turpilio Dextro, & M. Marcio Ruffo II. Coss. Anno vrb. C ∞ LXXIIX. Christi CCXXVI. Imperare cœpit Romæ, occisis Balbino & Puppieno, circa Calend. Iunij, Pio & Pontiano Coss. Anno vrbis C ∞ XCI. Christi CCXXXIX. Imperauit annos plus minus VI. Occisus est circa Calend. Martij apud Ctesiphon-

phontem in Persidis finibus, insidiis Philippi Prætorij Præfecti, Peregrino & Fuluio Æmiliano Coss. Anno vrbis c ∞ x c v i. Christi ccxlv. Sepultus ad xx. lapides à Circea castro, in finibus Persarum super Euphratem. Reliquiæ Romam delatæ sunt, & Diuus appellatus est, habuit autem hoc elogium:

DIVO GORDIANO VICTORI PERSARVM, VICTORI GOTHORVM, VICTORI SARMATARVM, DEPVLSORI ROMANARVM SEDITIONVM, VICTORI GERMANORVM, SED NON VICTORI PHILIPPORVM.

Vixit annos x i x. & menses aliquot. Fuit iuuenis lætus, pulcher, amabilis, & gratus omnibus, in literis nobilis, in vitaque iucundus, vt ei nihil ad Imperium nisi virilis ætas deesset.


TRANQVILINÆ MONETA
EX ÆRE.
GORDIANI III. VXOR.



FVRIA SABINA TRANQVILINA Augusta, vxor Gordiani III. Misithei viri doctissimi & eloquentissimi filia, qui à Gordiano Imp. Præfectus Vrbis factus.

IMPERATOR CÆSAR, MARCVS, Pius, Felix, Augustus.

AVREA MONETA MARCI.



M. Marcvs siue Marcius post mortem Gordiani à Senatu Anno vrbis c ∞ x c v i. Christi ccxlv. Peregrino & Fuluio Æmiliano Coss. Imperator appellatus est, tribuniciamque potestatem accepit. Fuit vir grauis, sapiens & Philosophus. Hic eodem Anno non longe post, subitanea morte Romæ in palatio, vbi habitabat, obijt, vel, vt alii dicunt, clanculum occisus est & Romæ sepultus. Quando natus, quamdiu imperauerit, & quot annos natus fuerit, an vxores & liberos habuerit, nihil vt in medium proferremus; de eo in scriptis inuenire potuimus.

IMP. CÆS. L. AVR. SEVERVS, HOSTILIANVS, Pius, Felix, Augustus.



L. Aurelius Seuerus Hostilianus post Gordiani obitum, item etiam Marci, antequam senatus sciret Philippum

pum Arabem à militibus Imperatorem factum, à Senatu in locum Marci Imperator designatus fuit Anno vrbis c ∞ x c v i. Christi c c l x v. Cum Imperio Tribunitiam potestatem accepit, qui cum in morbum incidisset, medicis male venam incidentibus, non longe post acceptum Imperium eodem Anno occubuit. De eo, genealogia eius, rebusq; antea gestis, item an vxores liberique ei fuerint, nihil apud scriptores reperimus.

IMP. CÆSAR, MARCVS JVLIVS PHILIPPVS, Pius, Felix, Augustus, Pontif. Maximus, Trib. Potest, Cos. III. Pat. Patriæ.

MONETA PHILIPPI EX ÆRE.



Philippus natus est Vostris in Arabia, ex patre latronum duce. Imperare cœpit circa Calendas Martii in Perside, prope Ctesiphontem ex Prætorij Præfecto euectus ad tantas dignitates an. vrb. c ∞ xcvi. Chr. ccxlv. Imperauit

rauit annos v. & menses aliquot. Occisus est Veronæ in tumultu militari, ibiq; sepultus, Fuluio Æmiliano II. & Vettio Aquilino Coss. Anno vrbis ∞ II. Christi CCL. & inter Diuos immerito à Senatu relatus. Hic Philippus primus omnium Cæsarum, CHRISTVM professus est. Fuit homo satis fortis, bellicæ rei peritus, Punica fide præditus, superbus & insolens, atque iracundus, subtimidus tamen & dolosus. Philippumq; filium in itinere consortem Imperij fecit.

PHILIPPI VXOR.

NVMMVS ÆNEVS MARCIÆ OCTACILIÆ SEVERÆ.



MARCIA OCTACILLA SEVERA Augusta Philippi Imperatoris vxor, ex quo Philippum filium procreauit. Hæc Christum coluisse fertur, atq; opera Fabiani Pontificis, cum marito & filio, baptismate insignita.

IMP.

IMP. CÆSAR, M. IULIUS PHILIPPUS, PIUS, Felix, Augustus, Philippi Augusti Fil. Pontifex, Trib. Potest. III. Cos. II. P. P.

MONETA PHILIPPI IVNIORIS ÆNEA.



Natus est Philippus iunior Vostris in Arabia, Perpetuo & Corneliano Coss. Anno vrbis c ∞ x c. Christi c c x x x i i x. Imperare cœpit cum patre in Oriente, mense Martio. Imperauit annos v. & menses aliquot. Occisus est Romæ à prætorianis, Æmiliano II. & Aquilina Coss. Anno vrbis ∞ I I. Christi c c l. ibique sepultus, & inter Diuos cum patre à Senatu relatus. Vixit annos XII. Sunt qui dicunt eum ante patris Imperium Gallum Iulium Saturninum appellatum fuisse. Aiunt eum cum patre & matre à Fabiano Pontifice Maximo baptizatum. Vxorem non habuit.

IMPE-

IMPERATOR CÆSAR, MAPINVS, Pius, Felix, Augustus.

MONETA MAPINI ÆREA.



Mapinvs dvx limitis Sarmatici aduersus Scythas à fide Romanorum deficientes, Dux belli constituitur. Sed Imperator ab exercitu Illyricorum creatus est, & paulo post in seditione interfectus, Anno vrbis ∞ I I. Christi c c l. An vxorem habuerit, ignoratur.

IMP. CÆS. CN. MESSIVS QVINTVS TRAIANVS Decius, Pius, Augustus, Pont. Maxim. Trib. Potest. I I I. Cos. I I I. Pat. Patr.

NVMMVS DECII ÆNEVS.



174.






M. Q. TRAIANVS DECIVS IMPERATOR Bubali in inferioris Pannoniæ vrbe clarissimis parentibus natus est, Anno vrbis conditæ c ∞ LIV. Christi ccII. L. Annio Fabiano & M. Nonio Mucciano Coss. Vir artibus cunctis, virtutibusque instructus, à cunabulis semper spem bonam præbuit futuræ indolis. Ad amplissimas dignitates non ambitione, non emptis suffragiis, sed virtute & bonis moribus peruenit. A militibus Illyricianus primum Imperator factus, dehinc à senatu Augustus est dictus. Imperare cœpit in Illyrico, ex legato Illyrici creatus cōtra Philippum, Æmiliano II. & Aquilino Coss. Anno vrbis conditæ ∞ II. Christi CCL. cum filiis. Imperauit annos II. & menses [illegible] Obijt palude absorptus, pugnans in Mœsia contra barbaros, ipso III. & Decio Cæsare filio Coss. Anno vrbis ∞ IV. Christi CCLII. Vixit annos L. Vir placidus & comis, armisque promptissimus. In omnibus laudandus, si à Christianorum suppliciis abstinuisset. In quos plurimum desæuijt, crudelisq; fuit, ac plures martyrii corona affecit, inter quos etiam Fabianus & Cornelius Episcopi Romani fuerunt, idque fecit odio Philippi.




NVMMVS ÆNEVS HERENNIÆ
Salustiæ Orbianæ.



Cneia Seia Herennia Salvstia Barbia Orbiana fuit nominata vxor Decij Imperatoris, quam Auguftam appellauit, & quam matrem fecit trium liberorum, nempe duorum mafculorum & fæmellæ vnius.

IMP. CÆSAR, Q. HERENNIVS, ETRVSCVS,
Meſſius, Decius, Pius, Felix, Auguſtus, Decii Aug. F. Pont. Tribun. Poteſt. Coſ. P. P.

MO[illegible]TA Q. HERENNII
ETRVSCI ÆNEA.




Q. Heren-



Q. Herennius Etruscus Messius Decius filius Decij Imperatoris maior natu ex Herennia coniuge. Hunc ex voluntate & iussu Senatus Imperatorem & Augustum pater appellauit, Anno vrbis ∞ III. Christi CCLI. & sibi Consulem adiunxit. Hic cum patre profectus in Mœsiam contra Gothos, Illyricum, & Mœsiam vastantes, in prælio cõtra eosdem fortiter pugnans occisus est, Anno vrbis ∞ IV. Christi CCLII. cum imperasset annum plus minus vnum, etiã vixisset circiter annos XXIV. Iuuenis iustæ staturæ, magnanimus & fortis. An vxorem habuerit, ignoramus.

IMP. CÆSAR, C. VALENS, HOSTILIANVS, Messius, Quinctus, Pius, Felix, Augustus, Decii Aug. Fil. Pontifex, Tribun. Potestat. Cos. P. P.

NVMMVS HOSTILIANVS ÆNEVS.





C.Valens Hostilianus Messius Quinctus, alter Decij Imperatoris filius ex Herennia Salustia vxore, frater Q. Herennij Decij. Hunc etiam pater Decius volente Senatu Imperatorem & Augustum nominauit. Anno vrbis ∞ III. Christi CCLI. Occisus post obitum patris Decij insidijs Galli Imperatoris Anno eodem annos natus circiter XXII.

NVMMVS ÆNEVS HETRVSCILLÆ.



HERENNIA ETRVSCILLA, filia Decij Imperatoris, quam

quam etiam ex coniuge sua Herennia Salustia procreauit, Augustamq; appellauit.

IMP. CÆSAR, M. PERPENNA LICINIANVS Pius, Felix, Augustus.

M. Perpenna Licinianus Anno vrbis ∞ I V. Christi CCLII. post mortem Decii & filiorum eius ex Senatusconsulto Imperator & Augustus Romæ appellatus est, & eodem Anno Romæ peste obiit. Quando natus & quibus ortus fuerit parentibus, quæq; ante datum Imperium ab eo acta sint, hactenus inuenire non potuimus: sicuti etiam nobis non constat, an vxorem & liberos habuerit.

IMPERATOR CÆSAR, C. VIBIVS TREBONIANVS Gallus, Pius, Felix, Augustus, Pontifex Maximus, Trib. Pot. II. Cos. II. P. P.

TREBONIANI GALLI NVMMVS ÆNEVS.

182.





183.





Trebonianus Gallus patritiorum familia ortus, na-

 tus

tus Romæ M. Mummio Annio Cæionio Albino & Fuluio Æmiliano Coss. Anno vrbis c∞ L I X. Christi ccvii. Dux limitis Mœsiæ à Decio factus, in quo plus fortunæ quam fidei fuit. A legione, quæ integra in prælio Gothorum manserat, Imperator est electus, quo rumore adductus Senatus, Augustum appellauit. Imperare cœpit in Mœsia cum filio Volusiano, duobus Deciis, patre III. & filio Coss. Anno vrbis ∞ I V. Christi ccLII. Imperauit annum vnum, & menses VI. Occisus est in prælio ab Æmiliano victus cum filio, Volusiano Augusto filio suo II. & M. Valerio Maximo Coss. Anno vrbis ∞ V I. Christi c c L I V. Vixit annos XLVII. Vxorem habuit, cuius nomen & familiam inuenire hactenus nequiuimus, ex qua filium suscepit, quem consortem Imperii fecit.

IMP. CÆSAR, C. VIBIVS VOLVSIANVS, PIVS, Felix, Augustus, Pontif. Trib. Potest. III. Cos. II. P. P.


MVMMVS EX ÆRE CORINTHIACO VOLVSIANI.

384





385.





Caius

Caius Vibius Volusianus fuit filius Vibij Treboniani Galli Imperatoris, quem pater cum audisset Æmilianũ à militibus Imperatorem salutatum esse, in consortem Imperij sibi contra Æmilianum asciuit Anno vrbis conditæ ∞ v. Christi c c l i i i. Profectus cum patre contra Æmilianum, & desertus à suo exercitu, proditusque ab Æmilianis occisus est Anno vrbis ∞ v i. Christi ccliv. patre Gallo i i i. & Maximo Coss. cum imperasset cum patre menses aliquot. Quot annos natus fuerit, & an vxorem habuerit, nobis non constat.

IMP. CÆSAR CAIVS IVLIVS ÆMILIANVS, Pius, Felix, Augustus, Pontifex Maximus, Trib. Potest. Cos. P. P.

NVMMVS ARGENTEVS ÆMILIANI.

186





Æmilianus Imp. natus est in Mauritania, Antonino Caracalla Aug. i v. & P. Cælio Balbino i i. Coss. an. vrb. c ∞ l x v i. Christi c c x i v. Imperare cœpit ex duce limitis Sarmatici electus in Mœsia contra Gallum, Volusiano Aug. i i. & Maximo Coss. Anno vrbis ∞ v i. Christi c c l i v. Imperauit menses i v. Occisus iisdem Coss. prope Spoletum, apud pōtem Sanguinarium. Vixit annos plus minus x l. An vxorem habuerit, incertum est. Fuit staturæ iustæ, pugnax, sed tamen non præceps in confligendo, beneficus, non admodum nobilis: sed tamen multis virtutibus præditus, vtpote qui non largitionibus sed virtute ad Imperij fastigium peruenerit.

IMPERATOR CÆSAR, P. AVRELIVS LICINIVS Valerius, Valerianus, Pius, Felix, Augustus, Pontifex Max. Tribun. Potestat. V II. Cos. IV. P. P. Censor.

MONETA VALERIANI ARGENTEA.



Valerianus nobili progenie ortus, natus est Romæ patre Valerio Gallieno, M. Eggio Marullo, & N. Papirio Æliano Coss. Anno vrbis c Ↄ xxxvii. Christi cxxcv. Imperator appellatus cum filio contra Æmilianum à militibus Alpinis, in Rhetia & Norico, Volusiano August. ii. & M. Valerio Maximo Coss. Anno vrbis ∞ vi. Christi ccliiii. Imperauit annos plus minus vii. Captus à Persarum rege Sapore, annum agens lxxvi. Cornelio Seculare ii. & Iunio Donato Coss. Anno vrbis ∞ xiii. Christi cclxi. Obiit captiuus in Perside, & inter Diuos à Senatu relatus adhuc viuus, cum falso nunciatum esset, eum in Persia

Persia fato defunctum esse. Sunt qui dicunt quod Rex Persarum eum crudelissima morte, à ceruicibus cutem ad imos pedes detrahendo, necarit. Fuit venerabilis senex, pulchræ staturę, prudens, modestus, grauis moribus, amicus bonorum, inimicus tyrannorum, primus genere, nobilis sanguine, doctrina clarus, emendatus vita, exemplum antiquitatis, indignus tali vitæ exitu & morte. Vxores duas habuit, ex prima, cuius nomen inuenire non potuimus, filium suscepit maiorem natu P. Licinium Gallienum, Imperatorem, de quo paulo post dicemus.

VXORES VALERIANI IMPERAT.

. . . . . . vxor prima Valeriani Imp. ex qua ei natus est filius, P. Licinius Gallienus.

MARINIANÆ NVMMVS ÆNEVS.



Mariniana Augusta secunda Valeriani Senioris Imperatoris coniux, ex qua ei alius filius Publius Licinius Valerianus iunior natus est.



IMP.

IMPERATOR CÆSAR, P. AVRELIVS LICINIVS, Valeriani, Augusti. F. Gallienus, Pius, Felix, Augusti. Pontif. Max. Trib. Potest. xv. Cos. vii. P. P.





Gallienus Imperator natus est Romæ, Antonino Diadumeniano Cæsare, & Aduento Coss. Anno vrbis c ∞ LXXI. Christi CCXIX. Imperare cœpit cum patre Valeriano August. II. & M. Valerio Maximo Coss. Imperauit annos xv. septem cum patre, VIII. post eius captiuitatem. Imperare cœpit solus, capto à Persis patre, Cornelio Seculare II. & Iunio Donato Coss. Occisus est Mediolani Cecropii Dalmatarum Tribuni manu, in factione Aureoli cum fratre Valeriano Augusto, circa XII. Cal. Aprilis, Ouinio Paterno II. & Mariniano Coss. anno vrbis ∞ XX. Christi CCLXIX. ibiq; sepultus. Vixit annos plus minus quinquaginta. Fuit viri iustæ staturæ, ingeniosissimus: & vt erat nequam & perditus, ita si necessitas postularet, velox, fortis, vehemens & crudelis plus quam nimis, præsertim in milites; nam & terna & quaterna millia militum interfecit, præsertim Byzantij & in Mœsia post Ingenuum occisum, capillo flauo aspersit auream scobem, vt videretur quodammodo aurata, animo benigno & liberali, qui omnibus gratificari studuit, neq; quenquam voti impotem à se abire permisit.

AVREVS

AVREVS NVMMVS HELENÆ.

VXORES GALLIENI IMPERATORIS.

Helena Gallieni Imperatoris prima vxor, nullos liberos ex eo suscepit, paulo post obiit, sepulta Mediolani.

NVMMVS ÆNEVS SALONINÆ PIPERÆ, Gallieni vxoris alterius.



Corneliam Saloninam vxorem habuit Gallienus, ex qua Saloninum Valerianum, & Saloninum Gallienum Cæsares genuit. Hanc perdite dilexit, atque per pactionem, concessa parte superioris Pannoniæ, à patre Marcomannorum rege suscepit. Cum Gallienus Aureolum Mediolani obsideret, ea quoque apud maritum in castris fuit, & pene ab hostibus capta fuisset: Nam cum hostes vallum à paucis militibus custodiri animaduertissent, imperatoris tabernaculum inuaserunt, imperatricis rapiendæ causa. Sed miles quidam grega-

gregarius ante tabernaculum forte fortuna ſedens calceum pedi detractum conſuebat, is arrepto clypeo & pugione, in eos ferociter irruit, & vno atque altero percuſſo, cęteros perterritos repulit, & ſic plurium concurſu coniunx Imperatoris eis erepta eſt.

P. LICINIVS CORNELIVS SALONINVS Valerianus, Nobiliſſimus Cæſar, Princeps iuuent.

NVMMVS SALONINI AVREVS.



P. Licinius Cornelius Saloninus Valerianus maior natu filius Gallieni Imperatoris ex Cornelia Salonina. Hic ab auo & patre Cæſar appellatus fuit L. Cornelio Seculari II. & Iunio Donato Coſſ. Anno vrbis MXII. Imperauitque cum eis Cæſaris tantum nomine, annum plus minus vnum, Gallieno Auguſto IV. & Voluſiano Coſſ. Occiſus in Galliis inſidiis Poſthumi, decennalis puer, ibique ſepultus, & à patre Gallieno inter Diuos relatus eſt, extatq; eius nummus cum hac inſcriptione, DIVO CÆSARI VALERIANO.

Q. IV-

Q. IVLIVS LICINIVS CORNELIVS SALONINVS Gallienus, Nobilissimus Cæsar, Princeps iuuentutis.

GALLIENI IVNIORIS NVMMVS ÆNEVS.



P. Licinius Cornelius Saloninus Gallienus, Gallieni Imp. filius minor natu ex Cornelia Salonina. Hunc pater occiso maiore filio Valeriano sibi successorem in Imperio destinauit, & consortem in Imperio fecit. Ipse post patris obitum quoque à Senatu occisus fuit, Anno vrbis ∞ xx. Christi cclxix. Ouinio Paterno ii. & Macriano Coss. An vxorem habuerit, item quam diu vixerit, & quando natus fuerit, sicuti & de rebus gestis nihil inuenimus.

IMP. CÆSAR P. LICINIVS VALERIANVS Iunior, Pius, Felix, Augustus, Pontif. Trib. Potest. Cos. II. P. P.


NVMMVS ARGENTEVS VALERIANI IVNIORIS.



M Valeria-

197





Valerianus Iunior alia, quam Gallienus, matre genitus, forma conſpicuus, verecundia probabilis, eruditione pro ætate clarus, moribus periucundus, atque à fratris diſſolutione ſeiunctus, à patre abſente Cæſar eſt appellatus, à fratre Auguſtus. Nihil habet laudabile in vita, niſi quod fuit nobiliter natus, educatus optime, & miſerabiliter cum fratre Gallieno interemptus, & circa Mediolanum ſepultus, addito titulo: CLAVDII IVSSV VALERIANVS IMPERATOR. Obiit ergo Valerianus Iunior circa XII. Cal. Aprilis, Quinio Paterno II. & Mariniano Coſſ. Anno vrbis ∞ XX. Chriſti CCLXIX. Quot annos vixerit, nobis non conſtat. An vxoratus fuerit, quoq; non liquet.

XXX. TYRANNI, QVI SVB GALLIENO IMPERATORE, Romanum per diuerſas Prouincias inuaſerunt Imperium.

IMPERATOR CÆSAR CYRIADES, Pius, Felix, Auguſtus.

CYRIADES patrem Cyriadem fugiens diues & nobilis, cum luxuria ſua & moribus perditis ſanctum ſemen grauaret, direpta magna parte auri, infinitoque pondere argenti, ad Perſas ſe contulit. Sapori regi ſociatus, bellum Romanis intulit. Capta Antiochia & Cęſarea, Cæſareanum nomen accepit, atque inde à militibus Auguſtus vocatus, in Syria M. Aurelio Memmio Fuſco, & Pomponio Baſſo Coſſ. Anno vrbis ∞ x. Chr. CCLVIII. cum Imperator eſſent, Valerianus ſenior, & Gallie-

Gallienus eius filius. Cum omnem Orientem vel virium audacia, vel terrore quateret, patrem vero interemisset, ipse per insidias suorum, cum Valerianus iam ad bellum Persicum veniret, occisus est, anno vrbis conditæ ∞ x i. Christi cclix. Fuluio Æmiliano & Pomponio Basso Coss.

IMP. CÆSAR, D. LÆLIVS INGENVVS, Pius, Felix, Augustus.

Augustus appellatus ex legato Pannoniarum à legionibus Mœsiacis in Pannonicis, M. Aurelio Memmio Fusco & Pomponio Basso Coss. Anno vrbis ∞ x i. Christi c c l i x. prælio victus à Gallieno apud Mursiam seipsum occidit. Obiit itaq; Ingenuus Anno i v. Imperii nempe Anno vrbis m x i v. Christi c c l x i i. Gallieno Augusto v. & Ap. Pomponio Faustino Coss.

IMPERATOR CÆSAR ODENATVS, PIVS, Felix, Augustus.

Odenatvs Palmirenus Decurio, congregata magna militum copia, agrestiumque manu, rem Romanam tutatus est: Nam nisi Imperium suscepisset, in Oriente res perditæ essent. Assumpto primo nomine regali, cum Zenobia vxore, & filio maiore Herode collectis copiis in Persas profectus, Nisibin primum, & Orientis pleraque cum Mesopotamia in potestatem recepit. Ad Ctesiphonta vsque profectus, Saporem regem, cum liberis in fugam vertens, regios thesauros, regiasq; concubinas cepit. Idque fecit, vt Valerianum senem Imperatorem à Persarum rege Sapore victum liberaret. Itaq; & satrapas Persicos captos ad Gallienum Imperat. Romam misit. Verum Gallienus Odenatum propterea Senatu volente participem imperii fecit, Augustumq; nominauit. Inde ad Orientem se vertit, Macrianum,

qui aduersus Gallienum Imperium assumpserat, oppressurus, sed illo iam profecto contra Aureolum & Gallienum, ibique interemto. Quietum interfecit: composito Orientis statu à consobrino suo Mœonio, qui & ipse Imperium sumpserat, simul cum filio Herode occisus est. Vir acer in bellis, & venatu memorabili semper inclytus, qui à prima ętate capiendis leonibus, & pardis, vrsis, &c. sudorem officii virilis impendit, qui semper in syluis ac montibus vixit.

IMPERATRIX ZENOBIA
Pia, Felix, Augusta.

Zenobia, ex Cleopatra Ptolomæorum gente, Odenati vxor. Hæc primò cum marito, mox eo cæso Imperiũ Orientis virili animo annos VIII. cum filiis Herode, Herenniano, Timolao & Vabalatho tenuit, imperauit mulier peregrina, moribus ac vitæ integritate ornata, pulchritudine conspicua & castitate. Vixit regali pompa Persico more: ad conciones processit galeata, cum purpureo limbo, gemmis dependentibus, per vltimam fimbriam. Vox clara & virilis ei erat, magnæ seueritatis si res ita postularet, bonorum principum clementia: Bibit sæpe cum ducibus, item cum Persis & Armeniis vt eos vinceret, cum alias esset sobria. Latinam linguam intellexit, sed non perfectè loqui potuit. Ab Aureliano victa, in eius conspectum ducta, atque ab eo interrogata, quare ausa esset Rom. Imperatorib. resistere, respõdisse fertur: Imperatorẽ te esse recognosco, q vincis, Gallienum & Aureolũ, & cæteros principes non putaui, victoriã mei similẽ credẽs in cõsortiũ regni venire, si locorum facultas pateretur, optaui. Deinde ab eodem per triumphũ ducta, cum maxima pompa & gemmis ornata, cum regnasset in Oriente ferme per annos VIII. cũ filiis, qui quoq; cum ea Romã deducti sunt. Huic autem

per

per Aurelianum viuere concessum, matronæ more Romanæ cum liberis vitam egit. Quam diu vixerit, incertum nobis est. Obiit in villa Zenobia, loco qui dicitur Conche.

IMPERATOR CÆSAR, HERODIANVS, Pius, Felix, Augustus.

MONETA HERODIANI ÆNEA.



HERODES non Zenobia matre, sed priore vxore genitus, cum patre Imperium accepit, homo omnium delicatissimus, prorsus Orientalis, & Græcæ luxuriæ, cui, quicquid regalium concubinarum, quicquid gemmarum diuitiarumque cœpit Odenatus, eidem tradidit paternæ indulgentię affectione permotus: cum patre simul periit, Anno vrbis MXVII. Christi CCLXV. An vxorem habuerit, non scimus.

IMPERATOR CÆSAR HERENNIANVS, Pius, Felix, Augustus.

Herennianus filius Odenati Palmirenorum reguli, ex Zenobia. Hic trucidato patre per insidias Mœonii, à matre Zenobia cum fratribus Cæsar contra Gallienum appellatus est, & purpura indutus, quamuis totius regiminis summa & potestas penes ipsam Zenobiam maneret. Cæsar vero appellatus fuit Anno vrbis ∞ XVII. Valeriano Cæsare, & Lucio Cæionio Ruffiano Coss. &


 cum

tum ferme per VIII. annos Cæsareo nomine Imperio Orientis cum matre præfuisset. Ab Aureliano captus, Romamq; perductus, denique de eo sicuti de matre triumphatum est. Quid postea Romæ fecerit, an vxorem habuerit, nihil amplius de eo inuenimus.

IMPERATOR CÆSAR TIMOLAVS,
Pius, Felix, Augustus.

Timolaus alter ex Zenobia Odenati filius, iuuenis egregius, latinæ linguæ peritus, moribus & disciplina probe instructus, post necem patris Odenati Cæsar appellatus in Oriente à Zenobia matre, adhibitus consilio & concionibus maternis, à quo omnia Imperij negotia tractabantur. Hic postquam cum matre & fratribus Cæsareo nomine gubernasset Imperium in Oriente ferme per octennium; ab Aureliano Imper. captus, ac Romæ triumphatum de eo est, Anno vrbis ∞ XXVI. Reliquum vitæ tempus Romæ transegit: quamuis verisimile sit, eum in Romanorum patritiorum numerum allectum & ascriptum fuisse, siquidem Zenobiæ vita concessa fuit, ac quod præcipuum est, longo tempore posteri Zenobiæ Romæ fuerunt.

IMPERATOR CÆSAR VHABALATVS,
Pius, Felix, Augustus.
MONETA VHABALATI ÆREA.



Vhabalatus Odenati & Zenobiæ filius tertius, frater

ter Timolai & Herenniani, qui eodem modo quo fratres post trucidatum parentem Odenatum, Zenobiæ authoritate, Cæsar appellatus, & purpura donatus est, regimenq; cum matre & fratribus, licet esset adolescentulus, in Oriente feliciter administrauit. Hic quoque ab Aureliano Imper. captus, Romamq; transportatus, & cum matre & fratribus in triumpho ductus, ibidem reliquum tempus vitę honeste transegit. Cætera eius acta, sicuti & ætas atq; mors eius, nobis incognita sunt.

IMP. CÆSAR M. ACILIVS AVREOLVS, Pius, Felix, Augustus.

Aureolus ex Dacia obscuro genere ortus in iuuentute opilionem egit: dein ad militiam se contulit, vbi se talem gessit, vt equorum imperatoris Gallieni fieret curator. Post ex duce exercitus Illyriciani à suis legionibus Imp. appellatus est Mediolani, quam vrbem occupauerat, Anno vrbis ∞ XII. Christi CCLXI. Cornelio Seculare II. & Iunio Donato Coss. Tandem cum Gallienus contra eum cum exercitu venisset, commissum est prælium, in quo ipse Aureolus victus & fugatus est, & Mediolanum recedere coactus est. Dum autem Gallienus Mediolanum obsidet, à suis occisus est. Post cuius obitum Claudius, Imperator factus, pacem cum Aureolo fecit. Sed cum iterum rebellasset, à Claudio Imperatore prælio habito in conflictu Aureolus interemtus fuit apud eum pontem, qui postea ab eo pons Aureoli dictus fuit, atq; ibi eum vt tyrannum sepulchro donauit, cum Imperium siue tyrannidem obtinuisset contra Gallienum circiter annos VIII.

IMP. CÆSAR M. FVLVIVS MACRINIANVS, Pius, Felix, Augustus.

Macrinianus vir fortis, constans, integer, probatus in Rep. & diues cum duobus filijs Imperator creatus est in Asia, Anno vrbis ∞ XIV. Christi CCLXII. Post captum

à Perfis Valerianum, ac ftatim vtcumque rebus in Oriente compofitis, filioque vno relićto, contra Gallienum profećtus eft. Sed cum XLV. millia militum fecum duceret in Illyricum, à Domitiano Aureoli Duce fortiffimo & vehementiffimo vićtus & cum filio interemptus eft, exercitu fuo in poteftatem Aureoli veniente, Anno vrbis ∞ XVI. Chrifti CCLIX. cum imperaffet annos ferme duos, & inter diuos relatus. Fuit iam fenex, propterea etiam filios fuos confortes regiminis habuit. Vxorem habuit, ex qua filios duos fufcepit. Sed nomen coniugis quod fuerit, nobis non conftat.

IMP. CÆSAR, Q. FVLVIVS M. AVG. F. Macrinianus Iunior, Pius, Felix, Augustus.

NVMMVS MACRINIANI IVNIORIS EX ÆRE.



Macrinianus Iunior matre nobili, patre forti viro natus, à Valeriano tribunus conftitutus, multum in armis potens, cum patre Auguftus appellatus, cum eodem à Domitiano vićtus, & triginta millibus militum fpoliatus, necatus eft, cum imperaffet cum patre per annos ferme duos, Anno vrbis ∞ XVI, Chrifti CCLXIX. Fuit natus annos circiter XXX. An vxorem habuerit ignoratur. Fuit tamen Macrinianorum familia Romæ longe poft eorum obitum, vt crediderim, eum vxorem & liberos reliquiffe.

IMPE-

IMP. CÆS. CN. FVLVIVS, M. AVG. F. QVIETVS,
Pius, Felix, Augustus.

Quietus Macriniani senioris filius, cum patre & fratre Imperator est dictus, adolescens Imperio dignus, ab Odenato, qui iam certior factus Macrianum seniorem, & filium ab Aureolo victos & occisos, milites quoque in eius potestatem concessisse, quasi Gallieni vindicaret partes, est interfectus, Anno vrbis ∞ x v i. C H R I S T I c c l x i v. cum imperasset cum patre & fratre circiter biennium, & post eorum obitum cum Balista menses circiter duos. Vixit autem Quietus annos x x v i. vel circiter. An vxorem & liberos habuerit, nobis incognitum est.

IMP. CÆSAR, SERG. ANICIVS BALISTA,
Pius, Felix, Augustus.

Balista vir insignis, eruditus, & in consilijs vehemens, in expeditionibus clarus, ad gerendam Remp. singularis, inter x x x. tyrannos connumeratur, qui tum vniuersum tenebat Orientem. Imperium arripuit in Asia cum Macriniano cuius præfectus erat, Anno vrbis ∞ x i v. Occisus est factione Aureoli, in tentorio suo cubans, cum imperasset ferme per biennium in Asia. Fuit autem iam ferme quinquagenarius, cum interficeretur, homo prudens, iustæ staturæ, milites amauit, nec tamen dissolute viuere permisit, nullumque ociosum in castris tulit, prouinciis non molestus, &c.

IMP. CÆSAR, P. VALERIVS VALENS,
Pius, Felix, Augustus.

Valens vir militaris, simul etiam ciuilium virtutum gloria pollens, Proconsulatum Achaiæ, à Gallieno datum,

datum, magno honore gubernauit. Quem Macrinianus vehementer reformidans, cum quod in omni genere vitæ satis clarum norat, tum quod inimicum sibi esse inuidia virtutum sciebat, misso Pisone interfici præcepit. Sed Valens diligentissime cernens, ac prouidus, neque aliter posse sibi subueniri existimans, sumpsit Imperium, & paulo post à militibus interemptus est. Imperauit menses III. interfectus Anno vrbis ∞ XIV. Christi CCLXII.

IMP. CÆSAR, L. CALPVRNIVS PISO
Thessalicus, P. F. August.

PISO ex nobilissima Pisonum familia, vir Consularis, à Macriano ad interficiendum eum quibusdam missis, Thessaliam accessit, atq; illic paucis consentientibus Imperium assumpsit, Imperator quasi Thessalicus appellatus. Vir summæ sanctimoniæ & temporibus suis frugi dictus, omnib. principibus acceptissimus. Missis à Valente percussoribus trucidatus est, paulo ante, quam à suis Valens occideretur, eique postea à Senatu diuini honores sunt decreti. Occisus autem fuit Piso Anno vrbis ∞ XIV. Christi CCLXII. (quo Anno etiam Imperator appellatus fuerat) circa Calendas Iulias, cum imperasset mensem vnum & dies aliquot. Quot annos vixerit, & num vxorem habuerit, & quid egerit, ignoramus.

IMP.

IMP. CÆSAR TI. CESTIUS ÆMILIANUS Alexander, P.F. August.

NUMMUS ARGENTEUS ÆMILIANI TYRANNI.

201



ÆMILIANUS apud Ægyptios in Gallieni odium coactus est Imperium suscipere, consentientibus Ægyptiacis exercitibus. Ad regendum Remp. vigor ei non defuit: Nam Thebaidem, totamque Ægyptum peragrauit, & quia Barbarorum gentes forti authoritate submouit, Virtutum merito, Alexander vocatus. Parata in Indos expeditione, à Theodato captus, viuusque Gallieno missus, in carcere strangulatus est anno eodem ab vrbe condita ∞ XIV. Christi CCLXII. Plura de eo non habemus.

IMP. CÆS. M. ACIL. CASSIUS LATIENUS Posthumus, P.F. Aug.

MONETA POSTHUMI SENIORIS ÆNEA.

202



Cassius Latienus Posthumus vir Roman⁹: alii scribũt

eum

eum fuiſſe natione Gallum. Hunc ex gregario milite virtus ad dignitates prouexit, ob contemptum Gallieni, qui luxuriæ & popinis vacabat; à Gallis Imperator cũ omni exercitu eſt electus, Anno vrbis conditæ ∞ XIIII. Chriſti CCLXII. Gallieno Auguſto III. & Petronio Voluſiano Coſſ. ex duce exercitus Rhenani, factus Imperator. Imperauit annos plus minus VII. Occiſus in Galliis inſidiis Lolliani, apud Moguntiacum Occinio Paterno & Arceſilao Coſſ. Anno vrbis ∞ XX. Chriſti CCLXVIII. Quinquagenarius fuit, & filium habuit conſtantis ætatis. Vxoris nomen non inuenire potuimus. Vir fuit fortis, ſtrenuus & virtuoſus.

IMP. CÆSAR, C. IVNIVS C. F. POSTHVMVS Latienus, P. F. Auguſtus.

AVREA POSTHVMI IVNIORIS MONETA.

203






Poſthumus Iunior, à patre Cæſar, ac deinceps in eius honorem Auguſtus appellatus, ita literis omnibus inſtructus, ac in declamationib. tam diſertus fuit, vt eius controuerſiæ Quintiliano dicantur inſertæ. Ac ob hanc ſolam virtutem literis notus, vna cum patre interfectus eſt, Anno vrbis ∞ XX. Chriſti CCLXVIII. Quinio Paterno & Arceſilao Conſſ. cum Imperio cum patre in Gallia præfuiſſet pene annos VII. Vixit circiter annos XXX. Huic Valerianus Imp. tribunatum Vocontiorum tradidit. An vxorem & liberos habuerit, non inuenimus.

IMP.

IMP. CÆSAR, Q. NONIVS REGILIANVS Pius, Felix, Augustus.

NVMMVS REGILIANI EX ÆRE.



Regilianus gentis Daciæ, Decebali ipsius affinis, vir in militari re semper probatus, & Gallieno iam ante suspectus, quod dignus videretur Imperio. In Illyria ducatum gerens, contra Sarmatas multa feliciter gessit. Mœsis authoribus Imperator est factus, Anno vrbis ∞ x v. Christi CCLXIII. Gallieno Imp. v. & Pompeio Faustino Coss. Fuit ei lubricum ac pene ridiculum principium ad Augusti nomen occupandum. Nam in cæna quadam cum Valerianus Tribunus quæreret Etymologiam proprij nominis Regiliani, & quidam responderet, à regno, milites eo nomine putarunt illum Imperatoria dignitate honestandum, ac sequenti die cum processisset, Imperator à principibus est salutatus. Authoribus tamen Roxolanis (quos Moscouitas appellamus) consentientibusque militibus, & timore prouincialium, ne Gallienus grauiter sæuiret in eos, interemptus est eodem Anno. Fuit natus annos XL. & aliquot. An vxorem habuerit, incertum.

IMP. CÆSAR SEX. IVLIVS SATVRNINVS, Pius, Felix, Augustus.

Iulius Saturninus Gallieni dissolutionem ægre ferens, à militibus coactus Imperium suscepit in Ægypto, anno vrb. ∞ x v. Chr. CCLXIII. Vir prudentiæ singularis,

N graui-

grauitatis insignis, vitæ amabilis, militaris disciplinæ obseruantissimus, Barbarorum victoria clarus. Post multa strenua in Imperio gesta, quod esset militibus seuerior, & grauior, ab iisdem à quibus electus fuerat interemptus est: Anno vrbis ∞ XVI. Christi CCLXIV. cum imperasset annum plus minus vnum. Quot annos vixerit, vbi natus fuerit, & quibus parentibus, coniugem ne habuerit, ignoratur.

IMP. CÆSAR C. ANNIVS TREBELLIANVS, Pius, Felix, Augustus.

MONETA TREBELLIANI TYRANNI ÆNEA.



C. Annius Trebellianus in Isauria Princeps, ipse se Imperatorem dixit, monetam etiam suo nomine cudi iussit, & palatium in arce Isauriæ constituit. Cum se in intima Isaurorum loca munitus difficultatibus & montibus contulisset, aliquandiu apud Cilices imperauit. Sed per Gallieni ducem Causisoleum, natione Ægyptium, fratrem Theodoti, qui Æmilianum ceperat, ad campũ deductus, victus & occisus est, An. vrb. ∞ XVIII. Christi CCLXV. cum imperasset ferme per biennium. An vxorem habuerit, me præterit.


IMP. CÆSAR T. CORNELIVS CELSVS, Pius, Felix, Augustus.

T. Cornelius Celsus, Imp. appellatus in Africa, au-

ctore

ctore Vibio Passione Proconsule Africæ, & Fabio Pomponiano duce limitis Libyci à Tribuno legionis, VII. die interemptus est, atque inter obscuros Principes vix relatus, Mummio Albino II. & Maximo Dextro Coss. Anno vrbis ∞ XV. Christi CCLXIII. Cadauer eius à canibus consumptum est, Siccensibus populis, qui Gallieni partes fouebant, instantibus & perurgentibus, vt imago eius in crucem attolleretur, vt eidem, ac si Celsus adhuc in viuis esset, à cunctis insultaretur.

IMP. CÆSAR, AP. CLAVDIVS CENSORINVS, Pius, Felix, Aug. Cos. II.



Claudius Censorinus vir plane militaris, & antiquę in curia dignitatis, bis Consul, bis Præfectus prætorij, ter Præfectus vrbis, quarto Proconsul, tertio Consularis, Legatus Prætorius secundo, quarto Ædilitius, tertio Quæstorius, extra ordinem quoque Persica Legatione functus, etiam Sarmatica. Post omnes honores cum in agro suo degeret senex, atq; vno pede claudicans ex vulnere, q̄ bello Persico Valeriani temporibus acceperat, factus est Imp. & scurrarum ioco, Claudius appellatus est. Cumque se grauissime gereret, neque à militibus ob disciplinam Censoriam ferri posset, ab his ipsis à quibus factus fuerat, interemptus est. Extat eius sepulchrum circa Bononiam cui incisi sunt omnes eius honores, vltimo tamē versu adscripto: Felix ad omnia, infelicissim᷉

Imp. Obiit Anno vrbis conditæ ∞ XVI. Christi CCLXIV. cum imperasset dies saltem VII. Vxorem & liberos habuit, sed nomina illorum non inuenimus.

IMP. CÆSAR MOEONIVS, PIVS, Felix, Augustus.

Mœonius Odenati consobrinus, homo spurcissimus, inuidia ductus Odenatum, Optimum Imp. cum filio interemit, Zenobia consentiente, quę ferre non potuit, quod Herodes priuignus priore loco, quam filij eius Herennianus & Timolaus principes dicerentur, per errorem Imperator appellatus, Anno vrbis conditæ ∞ XVII. Christi CCLXV. Hic postea meritas luxuriæ & perfidiæ suæ pœnas dedit: Nam cum vix septem menses tyrannidem exercuisset, à militibus Anno sequenti trucidatus est.

IMP. CÆSAR SP. SERVILIVS LOLLIANVS, Pius, Felix, Augustus.


LOLLIANVS, cuius rebellione Posthumius est interemptus, in locum Posthumij surrogat[9], delatum sibi à Gallis Imperium assumpsit, Augustus dictus. Pleraq; Galliæ ciuitates, & castra, irruptione Germanorum dirutaintegrauit, à militibus, quod in labore nimius esset, occisus est, cum vix per menses VIII. Galliæ præfuisset Imperatorio nomine. Vir procerus, fortis, sapiens, & seuerus. Num vxor & liberi ei fuerint, ignoramus.

IMP. CÆSAR AP. POMPONIVS ÆLIANVS, Pius, Felix, Augustus.

Ælianus Moguncìaci in Germania arripuit Imperium contra Gallienum Anno vrb. MXIX. Chr. CCLXVII. Ouinio Paterno & Arcesilao Coss. cum nondum integrum annum imperium obtinuisset. Anno sequenti occisus est ibidem à militibus. plura de eo non inuenimus.

IMP. CÆSAR, M. AVRELIVS VICTORINVS, Pius, Felix, Augustus.

AVREA VICTORINI SENIORIS MONETA.



Posthumius senior cū se videret multis Gallieni viribus peti, VICTORINVM militaris industrię virū in Imperij principatum vocauit, adhibitis ingentibus Germanorum auxiliis, cumq; diu bella gessissent, victi sunt. Interfecto vero Lolliano, solus Victorinus Imperio potitus est, Anno vrbis ∞ XIX. Christi CCLXVII. Ouinio Paterno & Arcesilao Coss. Sed cum corrumpendis militum matrimonijs vacaret, à quodam actuario, cuius vxorem constuprauerat Agrippinæ, cum filio, qui adhuc puerulus erat, interfectus est. Vir fuit alioqui fortissimus & optimus Imperator, virtute Traiano, clementia Antonino, grauitate Neruæ, gubernando ærario Vespasiano, censura vitæ Pertinaci, si vitiis libidinum & adulterii caruisset, non dissimilis. Occisus itaque in ipso adulterio, vt diximus, sub Imperatore Claudio. Vxorem habuit, cuius nomen non inuenimus, ex qua filium suscepit, consortem Imperii. Imperauit autem ferme plus quam biennium. Fuit natus annos plus quam quadraginta.



JMP. CÆSAR, L. AVRELIVS M. AVR. AVG.
F. Victorinus, Pius, Felix, Augustus.



Victorinus Iunior Victorini filius, Cæsar à patre appellatus, vna cum eo adhuc paruulus à militibus est interemptus, ac circa Agrippinam sepultus, Anno vrbis ∞ XXI. Christi CCLXIX. imperij altero. Extant adhuc apud Agrippinam sepulchra breui marmore, in quibus hæc inscriptio legitur: HIC DVO VICTORINI TYRANNI SITI SVNT.

VICTORIA AVGVSTA
Castrorum mater.



Victoria mater Victorini, mater castrorum dicta, post occisos Posthumium, Lollianum, Marium apud Treuiros, Tetricum ad Imperium adhortata est, eoque regnante occisa est, quamuis nonnulli scribant eam fatali

tali necessitate occubuisse. In cuius memoriam nummi aurei, argentei & æreicusi sunt, quorum forma apud Treuiros extat.

IMPERATOR CÆSAR MARIVS, Pius, Felix, Augustus.

ARGENTEVS NVMMVS MARII.



MARIVS, alias Mamurius seu Vecturius, faber ferrarius, armorum opifex, post superiores interemptos, Imperium assumpsit. Vir strenuus, ac militaribus vsq; ad Imperium gradibus euectus, in quo triduum tantum permansit: Occisus enim est à quodam milite operario, eius in officina fabrili, qui gladio in eum ruens dixit, HIC EST GLADIVS, QVEM IPSE FECISTI. Miræ Fortitudinis homo fuit in manibus & digitis, adeo vt currus digito salutari sisteret, & fortissimos quoque vno digito sic affligeret, quasi ligni vel ferri obtusioris ictu percussi dolerent, multos quoque digitorum allisione contereret. Obiit itaque Anno vrbis ∞ XIX. Christi CCLXVII. Ouinio Paterno & Arcesilao Coss. cum triduum imperasset.



IMP. CÆSAR, P. PIVESVS TETRICVS, Pius, Felix, Augustus.

ARGENTEA TETRICI SENIORIS MONETA.



Tetricus Senior Præsidatum in Gallia regens, Victoria matre Victorini interfecti suadente, Imperium suscepit, Augustusque appellatus est Anno vrbis ∞ xx. Christi vero c c l x i x. Ouinio Paterno II. & Macriniano Coss. Cum multa præclara egisset, & militum insolentiam diutius ferre non posset, maluit se grauissimo principi Aureliano subiicere, quam insidiosis imperare. Sed Aurelianus nihil mite, nihil tranquillum cogitans, senatorem pop. Romani, eundem Consularem, quique Gallos omnes prudentissimo consilio rexerat, per triumphum duxit, & postea non solum viuere, sed etiam in summa dignitate, concessa illi tota Italia, manere passus est, illum sæpe collegam, nonnunquam commilitonem, aliquando etiam Imperatorem appellans. Vxorem habuit, sed ignoramus nomen.

IMP.

IMP. CÆSAR P. PIVESVS, P. AVGVST. F.
Tetricus Iunior, P.F. Aug.
ÆNEVS TETRICI IVNIORIS NVMMVS.





TETRICVS IVNIOR puerulus adhuc, à Victoria Cæsar est appellatus, cum patre ab Aureliano per triumphum est ductus, & deinde omnibus senatorijs honoribus functus est, illibato patrimonio, quod ad suos posteros misit. Semper insignis Tetricorum domus fuit Romæ, in monte Cœlio inter duos lucos contra Isicim Metellinum pulcherrima, in qua Aurelianus pictus fuit, vtriq; prætextam tribuens & Senatoriam dignitatem, accipiens ab his sceptrum, & coronam ciuicam de Musæo. An Tetricus sponsam vel vxorem habuerit, incertum est.

IMP. CÆSAR M. AVRELIVS CLAVDIVS P. F.
Aug. Pont. Max. Trib. Pot. II. Cos. II. P. P. Procos.
MONETA CLAVDII II. ÆNEA.





Claudius Imp. natus est in Illyrico honestis parentibus,

tibus. Imperare cœpit Ticini in Gallia Cisalpina, circa XII. Cal. Aprilis, Mariniano & Paterno II. Coss. Anno vrbis ∞ XX. Christi CCLXIX. Imperauit annum I. menses X. & dies XV. Obijt Syrmij prid. nonarum Februarij, Flauio Antiochiano & Furio Orfito Coss. Anno vrbis ∞ XXII. Christi CCLXXI. & inter Diuos relatus ex S.C. Vir integerrimæ vitæ, morum grauitate insignis, & in quo magnorum principum dotes emicuerunt, staturæ proceræ, oculis ardentibus, lato vultu, digitis adeo robustis, vt sæpe equis & mulis ictu pugni dentes excusserit.

. . . . . Vxor Claudij Imp. matrona honesta & nobilis: Obijt sterilis post maritum, sepulta est Constantinopoli regio monumento.

IMP. CÆSAR, M. AVRELIVS CL. QVINCTILLVS, Pius, Felix, Augustus.

ARGENTEVS QVINCTILLI NVMMVS.



Quinctillus Imp. Claudij Augusti frater, natus est in Illyrico. Imperare cœpit Syrmij mortuo fratre Claudio, pridie Nonas Februarij, ex duce Italici præsidij, Antiochiano & Orfito Coss. Imperauit dies XXVII. Occisus est eodem anno Aquileiæ in tumultu militari, X. Cal. Martij, Anno vrbis ∞ XXII. Christi CCLXXI.

. . . . . Vxor M. Aurelij Quinctilli Imperatoris, peperit

peperit marito duos filios, Quinctillum iuniorem & Claudium, patrui nomen referentem. Vixit marito superstes.

Quintillus Iunior, Marci Aurelij Quintilli Imp. filius maior natu, qui post patris obitum in vita superstes fuit. Quid egerit, sicuti & cætera de ipso, apud scriptores non inuenimus.

Claudius, Quintilli Imp. alter filius patri superstes mansit. Plura de hoc in medium proferre ex scriptoribus non potuimus.

IMPERATOR CÆSAR FL. IVLIVS CRISPVS, Frat. Claudij & Quintilli Imp. Pius, Felix, Augustus.

ÆNEVS CRISPI NVMMVS.



Fl. Crispus, Claudii Imp. & Quintilli frater, filiam habuit Claudiam, quæ ex Eutropio nobilissimo gentis Dardaniæ viro Constantium Cæsarem genuit.

. . . . . . Vxor Flauij Crispi Cæsaris, fratris Claudii Imper. peperit marito filium Constantium Cæsarem.



IMP.

IMP. CÆSAR, L. DOMITIVS AVRELIANVS, P.F. Augustus, Gothic. Max. Palmur. Max. Germanicus Max. Carpycus Maximus, Arabicus Max. Pontif. Max. Trib. Potestat. v. Cos. III. P. P. Procos. Imp. III.





M. Aurelius Valerius Aurelianus Imp. natus est Syrmij in Pannonia, vel, vt alijs placet, in Dacia Ripensi, vel vt alij scribunt, in Mœsia, modicis parentibus. A pueritia viribus insignis fuit, vini cibiq; paulo cupidior, libidinis raræ, gladij agitandi studiosus, seueritatis immensę, à Valeriano Consul designatus, quique propter præclara gesta, multa munera ei donauit. Mortuo Claudio, Imperator factus est. Imperare cœpit x. Cal. Martij Antiochiano & Orfito Coss. Anno vrbis ∞ XXII. Christi CCLXXI. in Illyrico. Imperauit annos IV. menses XI. & dies VII. Occisus est IV. Calend. Februarij apud Zenophorium, inter Heracliam & Byzantium, Mucaporis manu, insidiis Mnesthei, notarij sui, ipso III. & T. Nonio Marcellino Coss. Anno vrbis ∞ XXVII. Christi CCLXXVI. & inter diuos ex S.C. relatus, quo cæso, interregnum fuit mensium VII. & dierum XXIIX.

SEVERINA vxor Aureliani, peperit ei filium . . . . . ex qua deinde Aurelianus proconsul Ciliciæ ortus est.

IMP.

JMPERATOR CÆSAR FIRMVS,
Pius, Felix, Augustus.





Ortus ex Seleucia Syriæ vrbe Imperium arripuit Alexandriæ in Ægypto contra Aurelianum, & non longe post in prælio ab Aurelio victus, & occisus est, Quieto & Voldumiano Coss. Anno vrb. ∞ XXVII. CHRISTI CCLXII.

IMPERATOR CÆSAR SEPTIMIVS,
Pius, Felix, Augustus.

Hic etiam sub Aureliano Imperium in Dalmatia occupauit, mox suorum fraude interfectus.

JMPERATOR CÆSAR SATVRNINVS,
Pius, Felix, Augustus.

Hic quoque ex duce limitis Orientalis in Ægypto, contra Aurelianum purpurā sumpsit Alexandriæ, & aliquot annos Imperium tenuit. Post sub Imperio Probi occisus, vir profecto magnæ eruditionis & summæ prudentiæ.



O IMP.

IMP. CÆSAR M. CLAVDIVS TACITVS, P.F. Augustus, Pontif. Max. Trib. Potest. Cos. II. P. P.



Tacitus Imperator natus est Romæ, Tib. Claudio Seuero, & C. Aufidio Victorino Coss. Anno vrbis c∞ - LIII. Christi CCI. Imperare cœpit Romæ VII. Calend. Octobris, à Senatu creatus, Aureliano Augusto III. & Marcellino Coss. anno vrb. ∞ XXIIX. Christi CCLXXVI. Imperauit menses VI. & dies XX. Obiit Idibus Aprilis Tharsi Ciliciæ in Asia, ipso II. & Fuluio Æmiliano Coss. Anno vrbis ∞ XXIIX. Christi CCLXXVII. Vixit annos LXXV. Fuit homo doctissimus, tunicis & togis iisdem in Imperio vsus, quibus priuatus. Balneis raro est vsus. Validior in senectute. Fabricarum peritissimus. Ob temporis breuitatem nihil præclari gessit.

. . . . Vxor Taciti Imperatoris, quæ marito plures liberos peperit, quorum nomina non extant. Hanc gemmis vti prohibuit maritus Imper. Obiit post maritum aliquot annis.



IMP.

IMP. CÆSAR M. ANNIVS FLORIANVS, *Pius, Felix, Augustus.*



Taciti frater imperare cœpit Tharsi Ciliciæ Idibus Aprilis, Tacito Augst. II. & Fuluio Æmiliano Coss. Anno vrbis ∞ XXIIX. Christi CCLXXVII. Imperauit menses II. & dies XX. Occisus est V. Nonarum Iulii, in tumultu militari Tharsi Ciliciæ eodem Anno.

. . . . . . Vxor Floriani Imp. quæ ei plures vtriusq; sexus liberos genuit, quorum nomina non inuenimus, fuit marito superstes.

IMP. CÆSAR M. AVRELIVS VALERIVS PROBVS, Inuictus, P.F. Augustus, Francicus Maximus, Gothicus Maximus, Germanicus Maximus, Pontif. Max. Trib. Potest. VI. Cos. V. P.P. Imp.



Probus Imp. natus est Syrmij in Pannonia patre Maximo, viro agresti. Imperare cœpit V. Nonarum Iulij in

Oriente, Tacito Aug. II. & Æmiliano Coss. An. vrbis ∞ XXIX. Christi CCLXXVII. Imperauit annos V. & menses IV. Occisus est IV. Nonarum Nouembris, Syrmij in Pannonia in tumultu militari, ipso V. & Pomponio Victorino Coss. Anno vrbis ∞ XXXIV. Christi CCXXCII. cuius tumulo hoc incisum fuit epitaphium: HIC PROBVS IMPERATOR, ET VERE PROBVS, SITVS EST: VICTOR OMNIVM GENTIVM BARBARARVM, VICTOR ETIAM TYRANNORVM. Quot annos vixerit, ignoratur, senem tamen eum fuisse constat: vir procerus, seuerus & virtutibus plurimis ornatus, minime luxuriosus, optimus & vtilissimus princeps.

MONETA IVLIÆ PROCLÆ ÆREA.



IVLIA PROCLA Vxor M. Aurelij Valerij Probi Imperatoris, illustri nata loco, & prudentia multa prædita. Peperit aliquot liberos, quorum nomina tamen non inueniuntur. Fuit ipsi Probi Imperatori superstes.



IMP.

JMP. CÆSAR M. PROCVLVS,
Pius, Felix, Augustus.

Albigauni in Liguribus ortus, Lugduni in Gallia contra Probum Imperator appellatus, non longe post à Probo occisus est Agrippinæ, Francorum proditione, ad quos confugerat. Hic puellas Sarmaticas captas x. vna nocte iniuit, & intra x v. dies eas omnes impræ-gnauit.

Viturgia, alio nomine Sampso, Proculi vxor, virum ad Imperium assumendum incitauit, & ex marito filium Herennianum suscepit. Ipsa mulier virili animo prædita, & reuera virago fuit.

HERENNIANVS filius Proculi ex Viturgia, quem pater quoque si impleuisset quinquennium, consortem Imperij fecisset. Plura de eo non habemus.

IMPERATOR CÆSAR BONOSVS,
Pius, Felix, Aug.

Ortus in Britannia, ex Hispania oriundus, matre Galla, ex Duce limitis Rhætici super Rhenum. In Gallijs prope Coloniam Agrippinam tyrannidem contra Probum arripuit, à quo prælio victus, laqueo vitam finiuit. Imperauit mens. v II.

Hunilla vxor Bonosi Tyranni, ex regio Gothorum genere prognata, mulier nobilissima, vnde & à Probo Imperatore maximo in honore est habita, adeo vt non solum ei post mariti cædem pepercerit, sed etiam muneribus ornauerit. Procreauit ex marito duos filios, quorum nomina non inuenimus.

IMP. CÆSAR M. AVRELIVS CARVS, P. F. August. Persicus Maximus, Pontif. Max. Trib. Potest. II. Cos. II. P. P.

MONETA CARI ARGENTEA.



Carus Imperator natus est Romæ Illyricianis parentibus. Alij dicunt in Illyrico, ex Pœnis parentibus. Vel (vt aliis placet) Mediolani oriundus in Aquileia, imperare cœpit IV. Nonarum Nouembris, Syrmij in Pannonia, ex Præfecto prætorij Probi, creatus à Legionibus Illyricianis, Anno vrb. ∞ XXXIV. Christi CCXXCII. Probo Augusto V. & Pomponio Victorino Coss. Imperauit annum vnum & menses aliquot. Obiit fulgure tactus super tigrim, prope Ctesiphontem in Perside, dum contra Persas castrametaretur, Carino II. & Numeriano Augustis Coss. Anno vrbis ∞ XXXV. Christi CCXXCIV. & inter Diuos relatus. Fuit vir iustæ staturæ, fortis, prudens in consilijs, multis virtutibus præditus, gloriæ cupidus, rei militaris peritus, filiumque maiorem ob libidines & luxuriam odio prosecutus, adeo vt eum de Imperio communicato rursum ob vitia iam deponere statuerit. Filium Numerianum propter virtutes maximo amore complexus fuit.

. . . . . . Vxor Cari Imperatoris, nobilis matrona. Peperit marito duos filios Numerianum & Carinum Imperatores.

IMP.

IMP. CÆSAR M. AVRELIVS CARINVS, P. F. Augus. Pont. Max. Tribun. Potest. III. Cos. II. P. P.

MONETA CARINI ARGENTEA.



Carinus Imper. imperare cœpit cum patre, Probo Aug. v. & Pomponio Victorino Coss. Imperauit annos plus minus III. Prælio à Diocletiano victus est apud Mursium in Gallijs, & occisus, Imp. Diocletiano Aug. II. & Aristobulo Coss. Anno vrbis ∞ XXXVII. Christi CCXXCV. Vixit annos circiter XXXII. Fuit satis procerus, amplo corpore, validis membris, libidinosus, plurimis vitiis obnoxius, fortis tamen, & rei militaris non omnino ignarus. Vxores nouem habuit, quarum nomina ignorantur.

IMP. CÆSAR M. AVRELIVS NVMERIANVS, P. F. Augustus, Pont. Tribun. Potest. II. Cos. II. P. P.



Numerianus imperare cœpit cum patre & fratre, Probo Augusto v. & Victorino Coss. Imperauit annos plus minus II. Occisus in Syria fraude soceri sui Arrij Apri Præfecti prætorij, Carino Aug. II. & ipso II. Coss. mense Aprili, Anno ∞ XXXVI. Christi CCXXCIV. & inter diuos relatus. Fuit iuuenis pulcher, valido corpore, lata fronte, statura procerus, benignus, patris obseruantiss. & amantissimus, multis virtutibus & præclaris conspicuus, de quo etiam pater optimam spem conceperat.

Arria M. Aurelij Numeriani Imp. vxor, filia Arrij Apri Præfecti Prætorij, qui author cædis ipsius generi Numeriani fuit. Ipsa mulier formosissima, multos post maritum vixit annos.

IMP. CÆSAR SABINVS IVLIANVS, Pius, Felix, Augustus.

Hic contra Carinum in Gallia Cisalpina Imperium arripuit, & paulo post prælio à Carino victus, Veronæ occisus est, Carino II. & Numeriano II. Augustis Coss. cum tenuisset Imperium per aliquot dies.

IMP. CÆS. C. AVREL. VALERIVS DIOCLETIANVS, Iouius, P.F. Augustus, Sarmaticus, Persicus, Francicus, Alemannicus, Gothicus, Germanicus, Pont. Max. Trib. Pot. XX. Cos. IX. P.P. Procos. Imp.

MONETA DIOCLETIANI ARGENTEA.



Imper. Diocletianus natus est in oppido Dalmatiæ Dioclea,

Dioclea, prope Salonas, parentibus ignobilibus, matre Dioclea, Gordiano Augusto, & M. Acilio Auiola Coss. Anno vrbis c ∞ x c i i. Christi ccxl. Imperare cœpit in Syria, ex Præposito domesticorum xi. Calendar. Maij, Carino i i. & Numeriano ii. Augustis Coss. Anno vrb. ∞ xxx v i. Christi ccxxciv. Imperauit annos xx. Sponte abdicauit xi. Cal. Maij Nicomediæ in Asia, ipso ix. & Maximiano Herculio v i i i. Augg. Coss. Anno vrbis ∞ l v i. Christi ccc i v. Vixit Salonis in Dalmatia priuatus, annos ix. Obiit Salonis C. Cæionio Ruffio Volusiano, & Anniano Coss. Anno vrbis ∞ l x. Christi cccx i i i. Et primus omnium priuatus inter Deos relatus est. Fuit maximus tyrannus & persequutor Christianorum.

. . . . Vxor Diocletiani Imperatoris, peperit marito vnicam filiam Galeriam Valeriam, coniugem Galerij Maximini Cæsaris. Obijt aliquot annis ante maritum.

Dioclea, Diocletiani Imperatoris mater. Ab hac natus filius qui ante Imperium Diocles vocatus fuit.

IMP. CÆSAR M. AVR. VALERIVS MAXIMIANVS Herculius Persicus, Francicus, Alemannicus, Gothicus, Germanicus, Pius, Felix, Augustus, Pontif. Trib. Potest. xiix. Cos. viii. P. P. Procos. Imp.

NVMMVS MAXIMIANI HERCVLEI ÆREVS.





Maximianus Herculius Imp. natus est, Philippis Augustis iii. & ii. Coss. Syrmii in Pannonia, parentibus agre-

agrestibus, Anno vrbis ∞ I. Christi CCXLIX. Imperare cœpit XI. Cal. Maij, Imperator appellatus à Diocletiano Augusto, M. Iunio Maximo II. & Vettio Aquilino Coss. Anno vrbis ∞ XXXVIII. Chr. CCLXXXVI. Imperauit annos XVIII. Sponte abdicauit cum Diocletiano Mediolani XI. Cal. Maij, ipso VIII. & Iouio IX. Augustis Coss. Anno vrbis ∞ LVI. Christi CCCIV. Strangulatus Massiliæ iussu Constantini Imp. generi sui, post consulatum Diocletiani X. & Galerij Maximiani Augusti VII. Anno vrbis ∞ LXI. Christi CCCIX. Vixit annos LX.

EVTROPIA Maximiani Herculei Imperatoris vxor, Syra natione, peperit marito filium Maxentium Imperatorem; & Faustam filiam, coniugem deinde Constantini Magni Imperatoris. Pepererat autem hæc prius ex altero marito priori filiam Theodoram; vxorem deinde Constantij Chlori Cæsaris.

IMP. CÆSAR C. GALERIVS VALERIVS MAXIMIANVS, P.F. Inuic. Aug. Germanicus, Ægyptiacus, Thebaicus, Sarmaticus, Persicus, Armeniacus, Medicus, Carpicus, Adiabenicus, Pont. Max. Trib. Potest. XXI. Cos. VIII. P.P. Imp. Procos.

AVREA GALERII MAXIMIANI MONETA.

227.





C. Galerius Imp. natus est prope oppidum Daciæ Ripensis Geroiacam, agrariis parentibus, matre Romula. Cæsar appellatus est à Diocletiano Augusto Calend. Martij,

Martij, C. Iunio Tiberiano II. & Cassio Dione Coss. Anno vrb. ∞ XLII. Christi ccxci. cum Constantio, Imperauit Cæsar cum Constantio annos XIII. mensem vnum, dies XXI. Imperare cœpit Augustus XI. Cal. Maij cum Constantio, Iouio IX. & Herculio VIII. Augustis Coss. in Illyrico, quum abdicassent Augusti seniores, Anno vrbis ∞ LVI. Christi CCCIIII. Imperauit Augustus annos VII. & menses plus minus V. Obiit, ipso VIII. & Licinio Augusto Coss. in Illyrico, circa mensem Septembrem, Anno vrbis ∞ LXIII. Christi CCCXI. Sepultus in Dacia, loco qui Romulianus dicitur & inter Diuos relatus. Homo sanguinarius & crudelissimus, simulacrorumque cultui vsque ad superstitionem deditus fuit, nihil sine auguriis & diuinationibus agens, delitiis & luxu ad insaniam vsq; diffluens, matronis, castissimisque virginibus, insidias vndique locans, nec vrbem aliquam sine adulteriis & stupris relinquens.

. . . . . . Galerij Maximiani Imperatoris vxor, pulchra, nobilis, & honesta repudiata ab ipso, vt posset ducere Galeriam Valeriam Diocletiani Imperatoris filiam.

AVREA VALERIÆ MONETA.



GALERIA VALERIA vxor secunda Galerij Maximiani Imperatoris, filia Diocletiani Imp. quam Cæsar factus

Factus duxit, repudiata priore vxore. Fuit ipso marito superstes aliquot annis.

IMP. CÆSAR FL. VALERIVS CONSTANTIVS Chlorus Germanicus, Francicus, Gothicus, Alemannicus, Pius, Felix, Augustus, Pontif. Trib. Potest. XVI. Cos. VI. P. P. Imp.



Constantius Imperator natus est in Dardanis Illyricis. Imperare cœpit Cæsar cum Galerio, creatus à Diocletiano Calen. Martijs. Imperauit Cæsar cum Galerio annos XIII. mensem vnum, & dies XXI. Imperare cœpit Augustus cum Galerio in Gallijs XI. Calend. Maij anno vrbis ∞ LVI. Imperauit annos II. menses III. & dies V. Obiit Eboraci in Britannia VIII. Cal. Augusti ipso VI. & Galerio Augusto VI. Anno vrbis ∞ LVIII. CHRISTI CCCVI. ibique sepultus, & consecratus. Quot annos vixerit, nobis non constat. Vir pius & Christi cultor maximus, Christianis consulibus in rebus agendis semper vsus, & cui præ cæteris religio Christiana cordi fuit, & idola odio & abominationi. Natura etiam mitissimus, diuitiarum spretor, modici cultus, ita vt à fictilibus non abhorreret: tantæ etiam modestiæ, vt facilem & amabilem cunctis se præberet, vnde & plurimum diligebatur, cognomento Chlorus, quasi viridis, à colore dictus est.

AVREA

AVREA HELENÆ MONETA.



HELENA Coël Regis Angliæ filia, vel, vt alij volunt, humili loco inter Britannos nata, vxor Constantij, ex qua Constantinum Magnum genuit, coactus autem repudiare eam, vt Theodoram Herculei priuignam duceret. Mulier sanctissima, & religioni Christianæ maxime dedita, filio nondum baptizato, Christiana facta, filium Constantinum ad Christi religionem, maximis quibus potuit precibus, attrahere est conata, sanctam crucem in locis abditis inuenit. Octogenaria diem obiit & Constantinopoli in templo XII. Apostolorum in sepulcro, quod Constantinus sibi, posterisque suis extruxit, sepulta.

THEODORA altera Constantij Chlori Imp. vxor, Maximiani Herculei Imperatoris priuigna ex Eutropia Augusta vxore. Peperit Constantio tres filios, Dalmatium Hannibalianum, Constantinum alterum & Constantium: item tres filias, Constantiam, vxorem Licinij senioris Imperatoris, Eutropiam Nepotiani Cæsaris coniugem, & Anastasiam. Ipsa fuit marito superstes.

EVTROPIVS vir potens inter Dardanos, Constantij pater.

CLAVDIA CONSTANTIA, filia Crispi Cæsaris, fratris Claudij II. Imperatoris, mater Constantij Chlori Imp.

IMPERATOR CÆSAR NARSEVS,
Pius, Felix, Augustus.

NARSEVS Rex Persarum, Vareani secundi filius, & Varracis nepos, sub Diocletiano Armeniam & Mesopotamiam bello lacessebat, pluribus Regibus Sironitarum & Alanorum, multisq; ducibus propinquis in auxilium vocatis. Contra eum missus Galerius, primum æquo Marte pugnatum est. Vnde Galerius animosior factus dum contra tantam multitudinem inconsultius progrederetur, haud longe à Carris omnem pene amisit exercitum. Sed collecto iterum exercitu, reperto hoste in maiore Armenia, castra noctu hostilia ex improuiso xx. millibus equitum adortus, Persarum multitudinem fœlici pugna strauit, fugato Narseo, pellicibusque cum gaza omni regia captis.

IMPERATOR CÆSAR AMANDVS,
Pius, Felix, Augustus.

Hic vna cum Æliano in Gallia tyrannidem arripuit contra Diocletianum Imp. fretus rusticorum multitudine, adiungens suæ factioni Baccharidarum nomen, Diocletiano Aug. II. & Aristobulo Coss. Anno vrbis conditæ ∞ XXXVIII. Christi CCXXCV. Hic deinde Anno sequenti vna cum consorte Æliano à Maximiano Herculio Imp. victus & occisus est, deletis etiam aliis seditionis & tyrannidis complicibus, M. Iunio Maximo II. & Vettio Aquilino Coss. Anno vrbis ∞ XXXVIII. Christi CCXXCVI.

IMPERATOR CÆSAR ÆLIANVS,
Pius, Felix, Augustus.

Imperium inuasit vna cum Amando in Gallia contra Diocletianum Imperatorem, adiungens sibi agrestium multitudinem, & Baccharidarum factionis nomen

Anno

Anno vrbis ∞ xxxvii. Christi ccxxcv. Diocletiano Aug. ii. & Aristobulo Coss. Verum post sequenti Anno victus & occisus est vna cum Amando à Maximiano Herculio Imp. Anno conditæ vrbis ∞ xxxviii. Christi ccxxcvi. M. Iunio Maximo ii. & Vettio Aquilino Coss.

IMPERATOR CÆSAR IVLIANVS,
Pius, Felix, Augustus.



Hic in Italia purpuram assumpsit, & paulo post prælio victus à Ducibus Diocletiani, seipsum occidit, M. Iunio Maximo & Vettio Aquilino Coss. Anno vrbis ∞ xxxviii. Christi ccxxcvi.

IMPERATOR CÆSAR CARAVSIVS,
Pius, Felix, Augustus.

Extat moneta.

Imperium in Britannia occupauit, M. Iunio Maximo ii. & Vettio Aquilino Coss. Imperauit annos vii. occisus in Britannia insidiis Alecti, Iouio v. & Herculio iv. Augustis Coss. Anno vrbis ∞ xlv. Christi ccxciv.

IMPERATOR CÆSAR ACHILLEVS,
Pius, Felix, Augustus.

Tyrannidem Alexandriæ in Ægypto inuasit M. Au-

relio Maximo & Pomponio Ianuario Coff. Anno vrbis ∞ x l. Christi ccxxc i ix. Imperauit annos v i. in Oriente. Captus in prælio à Diocletiano, & Alexandriæ feris laniandus obiectus, Constantio & Galerio Cæsaribus Coff. Anno vrbis ∞ x l v i. Christi ccxc iv. Fuit homo nobilis, multis virtutibus præditus, fortis, & rei militaris non omnino imperitus; sed potentia minime cum Diocletiano conferendus.

IMPERATOR CÆSAR ALLECTVS, Pius, Felix, Augustus.

ARGENTEA MONETA.



Hic occiso Carausio in Britannijs Imperium occupauit, Iouio v. & Herculio iv. Augg. Coff. Imperauit annos i i i. Prælio victus & occisus est ab Asclepiodoro Præfecto prætorij, Iouio Aug. v i. & Constantio Cæs. i i. Coff. Anno vrbis ∞ x l v i i i. Christi ccxcv i. Fuit staturæ robustæ, gloriæ & gubernandi cupidus, perfidus & fraudulentus, nobilibus parentibus ortus. An coniugem habuerit, incertum.

IMP.

IMP. CÆSAR FL. VALERIUS DIVI CONSTANTII. F. Marcus Aurelius Constantinus, Maximus, victor ac triumphator, P.F. Inuictus, Augustus, Germanicus, Sarmaticus, Francicus, Gothicus, Vandalicus, Pont. Max. Trib. Potest. XXXI. *Cos.* VIII. P.P. *Imp.* XX....

233.





Constantinus Imp. natus est in Britannia, Aureliano & Basso Coss. Anno vrbis ∞ XXIV. Christi CCLXXII. Imperare cœpit mortuo patre Constantio ex Cæsare Eboraci in Britannia, VIII. Cal. Augusti, patre suo VI. & Galerio VI. Coss. Anno vrbis ∞ LVIII. Christi CCCVI. Imperauit annos XXX. menses IX. & dies XXVII. Ex quibus solus imperauit Augustus post victum Licinium annos XV. Obijt XI. Cal. Iunij in villa publica Ancyrone in suburbio Nicomediensi in Bithynia, dum bellum pararet in Persas, Ti. Fabio Titiano & Feliciano Coss. Anno vrbis ∞ XXC IX. Christi CCCXXXVII. Sepultus Cōstantinopoli in Basilica Apostolorum, & inter Diuos à filiis Constantino, Constantio & Constante relatus. Vixit annos plus minus LXV. Fuit Constātinus statura mediocri, latis humeris, ceruice crassa, vnde & ceruicosus nominabatur, rubra facie, capillo non denso, naso aliquantum incuruo, oculis leoninis, gratiosus. Literas mediocriter tenuit: Continentia ad frenandas ventris cupiditates perfectissima ornatus,


qua etiam vſus, multos euitauit morbos corporis, cuius conſtitutio non ſalubris lepra nominabatur & patuà multa efferebat, liberalis in Eccleſias.

VXORES CONSTANTINI MAGNI.

MINERVINA Conſtantini Magni coniunx, quæ peperit filium Criſpum. Obijt ante maritum, magnopere adamata ab eodem.

FLAVIA MAXIMA FAVSTA, ſecunda Conſtantini Magni vxor, filia Maximiani Herculei Imper. peperit marito Conſtantinum II. Conſtantium & Conſtantem: item filias Helenam & Conſtantiam. Eius fraude periit Criſpus priuignus. A marito, calido in balneo poſtea ſuffocata eſt, ſepulta in templo SS. Apoſtolorum Byzantij.

MONETA AVREA FAVSTÆ.



IMPERATOR CÆSAR ALEXANDER Pius, Felix, Auguſtus.

Natione Phryx Carthagine in Africa Imperium arripuit, Conſtantio & Galerio Cæſaribus VI. Coſſ. anno vrbis ∞ LVIII. Chriſti CCCVI. qui ab exercitu Conſtanti-

ſtantini prælio victus, iugulatus eſt. Fuit Alexander iam prouectæ ætatis & ſenex, & ideo ad omnem laborem ſuſcipiendum tardus, præterea timidus & formidoloſus.

. . . . . Vxor Alexandri tyranni, quæ marito peperit filium . . . quem Maxentius Imp. ſibi obſidem dari poſtulauit.

IMPERATOR CÆSAR VALENS,
Pius, Felix, Auguſtus.

Valens à Licinio Imperatore Cæſar appellatus eſt, Anno vrbis ∞ LXXIV. Acilio Seuero & Flauio Iunio Ruffino Coſſ. Fuit deinde ſocius belli, quod Licinius contra Conſtantinum Magnum gerebat, interfuitque prælio, quod Licinius in Thracia fecit cum Conſtantino Magno. Cum vero pax & fœdus factum eſſet inter duos Imperatores affines, hic Valens tanquam autor iſtius mali, Conſtantini Magni iuſſu trucidatus eſt, cum Cæſaris nomine cum Licinio per tres menſes gubernaſſet, anno eodem. Plura de eo non inuenimus apud authores.

IMP. CÆSAR M. AVRELIVS VALERIVS ACILIVS
Seuerus, P. F. Aug. Coſ.



235.



Seuerus natus eſt in Dacia, ſororis Galerij Imperat.

 filius,

filius,&ab eo Cęſar in Italia appellatus. Imperare cœpit Cęſar cũ Galerio Auguſto, Galerio VI. & Conſtantio VI. Cæſ. Augg. Coſſ. an. vr. ∞ LVII. Chr. CCCVI. Cal. Martij. Imperauit Cæſar in Italia annum vnum, & menſes aliquot. Auguſtum ſe appellauit, paulo antequam occideretur. Occiſus enim eſt Romæ inſidiis Maxentij, menſe Maio, ſepultus in via Appia, nono ab vrbe lapide, ſepulchro Gallieni, Conſtantino Auguſto & Herculio IX. Coſſ. Anno vrbis ∞ LVIV. Chriſti CCCVII.

An vxorem habuerit, incertum.

IMP. CÆSAR C. GALERIVS VALERIVS, Maximinus, Pius, Felix, Auguſtus. Coſ. II.

AVREA MAXIMINI DAZÆ MONETA.



Hic etiam ſororis Galerij filius, Cæſar ab eo appellat⁹ eſt in Italia, cum Seuero, Cal. Mart. Galerio VI. & Conſtantino VI. Augg. Coſſ. Anno vrbis ∞ LVII. &c. Imperauit Cęſar in Oriente annos IV. Auguſtum ſe appellauit II. poſt Conſulatum Galerij Auguſti VII. & Iouij X. anno vrb. ∞ LXII. Chriſti CCCX. circa Cal. Maij. Imperauit Auguſtus in Oriente annos VII. Obijt Tharſi in Cilicia circa menſem Iunium, Conſtantino & Licinio Auguſtis III. Coſſ. Anno vrbis ∞ LXV. CHRISTI CCCXIII.

ibidem

ibidem crematus & sepultus est ethnicorum modo. Fuit magicis artibus maxime deditus, & Christianis maxime infensus, vir alioquin iustæ staturæ.

. . . Vxor Maximini Cæsaris, ex qua plures suscepit liberos, quos consortes Imperij fecerat, qui post mortem illius interfecti sunt. Nomina eorum inuenire non potuimus.

IMP. CÆSAR M. VALERIVS AVRELIUS Maxentius, Pius, Felix, Augustus, Cos. IV.



Imperare cœpit Maxentius Romæ, circa VIII. Cal. Octobris, à Prætorianis militibus Imp. contra Constantinum appellatus, Constantio VI. & Galerio VI. Augg. Coss. Imperauit annos VI. Prælio victus à Constantino Magno in Tiberi suffocatus est, prope pontem Miluium, Constantino II. & Licinio II. Augg. Coss. VII. Cal. Octobris, Anno vrbis ∞ LXIV. Christi CCCXII. Imperium, non vt Augustus, sed vt tyrannus, exercuit. Seuerum Imper. qui aduersus ipsum exercitum ductabat circa Rauennam interfecit. Asperitate similis Maximiano patri, plerosque claros viros occidit, bona diripuit. Romanos crudelissimis modis vexabat, Senatores & nobiles interficiens. Fuit libidinosus & crudelis, seq; ad magicas artes conuertit.

. . . Vxor

. . . . . . Vxor Maxentij Imperatoris, quæ ipsi peperit filium Romulum: matrona pulchra, marito superstes mansit.

IMPERATOR MAXENTIVS, DIVO Romulo, Nu. Filio.

238.





M. Aurelius Romulus ante patrem mortuus est, & ab eo consecratus, cuius extat nummus cum titulo vt supra.

IMPER. CÆSAR C. VALERIVS LICINIVS Licinianus, P.F. Augustus, Pontif. Tribun. Pot. xv. Cos. v. P. P. Imp. . . . .

AVREA LICINII LICINIANI MONETA.

239.





Licinius Imperator natus est in Dacia parentibus agricolis, Gallieno Aug. VI. & Amulio Saturnino Coss. Anno vrbis ∞ XVII. Christi CCLXV. Augustus appellatus

tus est XI. Cal. Maij, in Illyrico à Galerio Imper. II. post Consul. Galerij Augusti VII. & Iouij X. Anno vrbis ∞ LXII. Christi CCCX. Imperauit in Oriente annos XIV. menses & dies aliquot. Prælio à Constantino Augusto victus, coactus abdicauit circa Calend. Maij Crispo & Constantino iuniore Cæsaribus III. Coss. Anno vrbis ∞ LXXVI. Christi CCCXXIV. & Anno sequenti Thessalonicæ priuatus occisus est, iussu Constantini, mense Aprili, Anicio Fausto Paullino, & P. Publilio Cæionio Iuliano Coss. vixit annos LX. Homo admodum asper, & vitio auaritiæ & libidinis deditus, literis ob inscitiam adeo infensus, vt eas venenum & pestem Reip. nominaret. Oratores summo odio mirifice insectatus & Christianis infensissimus fuit.

CONSTANTIA vxor Licinij Imp. filia Constantij Chlori ex Theodora Augusta, soror Constantini Magni, peperit filium Licinium iuniorem: & Anabalianum patrem Dalmatij Cæsaris, fuitque marito superstes.

MARTINIANVS NOBILISSIMVS CÆSAR.

ARGENTEVM MARTINIANI NVMISMA.



Martinianus vir bello clarus & potens. Hic cum esset magister officiorum, à Licinio Imp. Cęsar appellatus est Chalcedone Anno vr. ∞ LXXVI. Christi CCCXXIV. vt

esset

esset socius belli contra Constantinum Magnum. Itaq; in Lampsacum vrbem iussu Licinij profectus est, vt prohiberet transitum Constantini Magni ex Thracia in Hellespontum. Cum vero Constantinus iam in Bithyniam peruenisset, à Licinio Lampsaco reuocatus ad eũ Chalcedonem redijt, & prælio interfuit, vbi accepta maxima clade, vna cum Licinio in fugam coniectus Nicomediam se contulit, cum res nouas moliretur, iussu Constantini Magni interfectus est Anno vrbis ∞ LXXVII. Christi CCCXXV. Fuit Cæsar ferme per annum.

FLAVIVS VALERIVS CRISPVS NOBILISSIMVS Cæsar, Cos. III.

AVREVS CRISPI NVMMVS.



Constantini Magni filius, Cæsar appellatus à patre Arelati in Gallijs, cum Licinio iuniore & Constantino iuniore, Constantino & Licinio Augg. III. Coss. Anno vrbis ∞ LXV. Christi CCCXIII. Huius amore Fausta nouerca accensa eum deperibat, & ad libidinem, seu potius incestuosam consuetudinem tentauit, sed frustra: Ipse enim pudicus, patris thorum minime commaculare incestuoso flagitio volebat. Renuentem itaque ac minime blanditiis nouercæ assentientem illa amore in furorem & odium conuerso & commutato apud patrem Constantinum falso detulit, quod sibi vim inferre voluisset. Maritus fidem verbis fœminę adhibens, & facile credu-

credulus eum occidi iussit tum immorantem Polæ ciuitate Histriæ, cum imperasset annos XIII. cum patre anno Imperij Constantini XX. Constantino Aug. VII. & Constantio Cæsare Coss. An. vrbis ∞ LXXVIII. Christi CCCXXVI.

An vxorem habuerit, incertum.

M. IVLIVS LICINIVS LICINIANVS Iunior, Nob. Cæsar. Cos. III.

MONETA LICINII IVNIORIS AVREA.

242.





Natus est ex patre Licinio Augusto, Constantino Augusto II. & patre suo II. Coss. Anno vrbis ∞ LXIV. Christi CCCXII. Appellatus est Cæsar Arelate in Gallijs cum Crispo, & Constantino iuniore. Imperauit annos XIII. Occisus Anno XX. Imperij Constantini, Anno vrbis ∞ LXXIII. Christi CCCXXVI. instinctu Faustæ coniugis Constantini Magni post patris interitum. Vixit annos XIV. & dies aliquot. Iuuenis egregiæ indolis, & forma conspicuus.



Q CON-

CONSTANTINOPOLIS NOVA ROMA AB Imp. Cæsare Constantino Maximo Pio Felice Augusto dedicata est.

243.





AVREA.

244.






IMP. CÆSAR FL. VALERIVS CONSTANTINVS Junior, P.F. Augustus, Cos. VI.

ÆREA CONSTANTINI IVNIORIS MONETA.

245.





Natus est Arelati in Gallijs, Constantino patre suo

ſuo, & Licinio Augg. III. Coſſ. Anno vrbis ∞ LXV. Chriſti CCCXII. Appellatus à patre Cæſar Arelate, eodem Anno. Imperauit cum patre Cæſar annos XXIV. & menſes aliquot Imperare cœpit Auguſti nomine XI. Cal Iunij, die obitus patris, cum fratribus Conſtantio & Conſtante Augg. Feliciano & Tib. Fabio Titiano Coſſ. Anno vrbis ∞ XXCIX. Chriſti CCCXXXVII. Imperauit in Occidente, videlicet in Gallia, Hiſpania, Britannia, & Germania, annos III. Occiſus eſt tumultu militari prope Aquileiam, & in flumen Alſam proiectus, FL. Septimio Acyndino, & L. Aradio Q. F. Ruffino Valerio Proculo Coſſ. Anno vrbis ∞ XCII. Chriſti CCCXL. Vixit annos XXVII. & inter Diuos relatus à fratribus. Fuit Iuuenis ſtaturæ iuſtæ, membris validis, capillis ruffis, liberalis, in bello præceps & temerarius, regnandi cupidus, itaque etiam dum ſuis non contentus eſt & aliena appetit atque inuadit, propriam vna cum vita ditionem amittit.

An vxorem habuerit, incertum.

IMP. CÆSAR FL. IVLIVS CONSTANTIVS, Pius, Felix, Aug. Coſ. x.



Conſtantius Imp. natus eſt Ouinio Gallicano & Septimio Baſſo Coſſ. Anno vrb. ∞ LXIX. Chriſti CCCXVII. Cæſar à patre appellatus eſt v. Iduum Octobris, Acilio

Q 2 Seuero

Seuero & FL. Iunio Ruffino Coss. Anno vrbis ∞ LXXV. Chr. CCCXXIII. Imperauit Cæsar annos XIII. menses VII. & dies XII. Imperare cœpit Aug. die obitus patris in Oriente XI. Cal. Iunij cum fratribus. Imperauit cum fratribus & patruelibus annos XXV. menses V. & dies XIII. Obiit Mopsocrenis inter Ciliciam & Cappadociam, in radicibus Tauri montis III. Nonarum Nouembris, Flauijs Tauro & Florentio Coss. Anno vrbis ∞ CXIII. Chr. CCCLXI. Sepultus Constantinopoli in Basilica Apostolorum, & inter Diuos relatus à Iuliano Imp. Vixit annos XLIV. Princeps fœlix bellis ciuilibus, externis lacrymabilis, mirus artifex in sagittis iaculandis, cibi vir & somni intemperantissimus, patiens laboris, facundiæ cupidus, optimus eques, Regiæ Maiestatis conseruator, nimium placidus in populos sibi parentes, item nimis credulus. Vir decenti statura, oculis acrioribus, molli capillo, rasis assidue genis, saltu & cursu valebat. In magistratibus & conferendis dignitatibus diligens æstimator, militibus quoq; tantum militares homines & belli peritissimos præficiebat, sicuti & ciuilibus; in iudiciis iustus & moderatus.

EVSEBIA Constantij II. Imperatoris vxor prima, sterilis, soror Eusebij & Hippatij virorum Consularium, à Viro maxime adamata, Venefica tamen, vt pote quæ effecit, vt mariti soror Helena Iuliani vxor abortum faceret. Ipsa obijt ex suffocatione matricis. Sepulta ad XII. Apostolos Byzantij.



NVM-

NVMMVS ARGENTEVS
FAVSTINÆ.



Flavia maxima favsta mulier pulcherrima, altera Constantij ii. Imp. vxor, relicta prægnans à marito, peperit filiam Flauiam Maximam Faustinam posthumam, vxorem Gratiani. Ipsa autem multis annis post mariti mortem in viuis fuit. Capta à Procopio tyranno, & in aciem producta fuit contra Valentem Imp. vt sibi milites conciliaret, contrarium ibi euenit.

IMP. CÆSAR FL. VALERIVS CONSTANS, P.F. Augustus, Cos. III.



Imp. Constans natus est, Imper. Constantino patre suo Aug. vi. & Constantino iuniore fratre suo Cæsare iii. Coss. Anno vrbis ∞ lxxii. Christi cccxx. Cæsar appellatus est à patre Constantino Augusto, L. Ranio Publilio Optato & Anicio Paullino Iuniore Coss. anno

 vrbis

Vrbis ∞ LXXXVI. Christi CCCXXXIV. Imperare cœpit Augustus cum fratribus, die obitus patris, XI. Cal. Iunij. Imperauit annos XII. menses IX. & dies V. Occisus in Gallijs manu Gaisonis insidijs Magnentij Cresti, & Marcellini, circa Cal. Mart. sub Pyrenæo, prope castrum Helenæ, Sergio & Nigriniano Coss. Anno ∞ CI. Christi CCCL. & inter Diuos relatus à fratre Constantio. Vixit annos XXX. Fuit viri iustæ staturæ, deditus luxui & venationibus, maxime libidinosus, & vt plurimum delectabatur pulchris pueris, plurimis vitijs obnoxius. Orthodoxos contra Arrianos & Constantium fratrem defendit.

OLYMPIA Constantis Imp. sponsa, Ablabij præfecti prætorij filia: postea à Constantio II. Imper. Constantis fratre in vxorem data Arsari Armeniorum regi, vt eum sibi maiori amicitiæ & fœderis vinculo obligatum haberet, ac sibi deuinciret contra Persarum regem Saporem.

FL. DELMATIVS ANNIBALLIANVS Nobiliss. Cæsar.



FL. Delmatius natus est in oppido Thraciæ Nesso, patre Anniballiano, fratre Constantini Imperatoris. Cæsar appellatus est ex patrui testamento. Imperare cœpit Cæsar cum Constantino Constantio & Constante Augg. die obitus Constantini Imperatoris, XI. Cal. Iunij.

nij. Imperauit menses aliquot. Occisus est insidijs Constantij Imp. Feliciano & Titiano Coss. Anno vrbis ∞ - xxcix. Christi cccxxxvi. Fuit vir iuuenis, egregiæ formæ, optimis moribus, fortis, procerus & magnanimus, humanus & liberalis, in milites tamen seuerius animaduertebat, vnde & in odium militum aliqua ex parte venit. Quot annos vixerit, nobis non constat.

Constantia Dalmatij Cæsaris vxor, Constantij Chlori neptis, & Constantini Magni Imp. filia. Nullos peperit marito liberos. Fuit deinde vxor Galli Cæsaris.

IMP. CÆSAR CNEIVS MAGNENTIVS, Pius, Felix, Augustus.



Natus est Magnentius Imper. in Gallijs, parentibus Britannis aliâs Gallicis, Iouio viii. & Herculio vii. Augg. Coss. Anno vrbis ∞ lv. Christi ccciii. Imperare cœpit in Gallijs Constante occiso, circa Cal. Martij, Sergio & Nigriniano Coss. Anno vrbis ∞ ci. Christi cccl. ex præfecto Legionis. Imperauit in Occidente annos iii. menses vi. & dies aliquot. Prælio apud Mursiam in Gallijs à Constantio victus seipsum Lugduni in palatio occidit, xviii. Calend. Septembris, Constantio Aug. vi. & Gallo Cæs. ii. Coss. Anno vrbis ∞ cv. Christi cccliii. Vixit annos L. Fuit vir ingenti corpore, latinis literis eruditus, audax fortuna prospera, timidus aduersa: occultandæ insitæ malitiæ mirus

 artifex,

artifex, adeo vt mores ipsius & ingenium perspectum non habentibus simplex & bonus esse putaretur. Legendi studio promptus, sermone acer, animi tumidi.

Ivstina Magnentij Cæsaris vxor pulcherrima, filia Iusti. Viduam deinde accepit Valentinianus Imperator. Nullos Magnentio peperit liberos.

DECENTIVS NOBILISSIMVS CÆSAR.



Imperare cœpit Mediolani, Cæsar à fratre appellatus. Imperauit cum fratre sub Cæsaris nomine annos III. & menses aliquot. Occiso fratre Magnentio, seipsum laqueo strangulauit eodem Anno, apud Senonas in Gallijs Anno vrbis ∞ CV. Christi CCCLIII. Quam diu vixerit, ignoratur. Fuit autem corpore grandi, militaribus artibus aliquantum instructus, subtimidus tamen.

Magna Vrbica Avgvsta, Vxor Decentij Imperatoris.



DESI-

DESIDERIVS NOBILISSIMVS
CÆSAR.



Deſiderius frater Magnentij & Decentij. Hic à fratre Magnentio Cæſar appellatus eſt, interfuit bellis & prælijs, quæ commiſit Magnentius cum Conſtantinianis. Victus vero Magnentius ad Lugdunum Galliæ ciuitatem, ſibi intulit manus, gladio ſe ipſum transfodiens. Deſiderius vero poſt obitum Magnentij fratris ſupplex ad Cōſtantium venit, à quo humaniter & benigne exceptus eſt, eiq; vita cōceſſa, priuatus libere vixit. Fuit autem vir honeſtus, corpore ſatis firmo, iamque prouectæ ætatis, in Gallia in lucem editus ex matre Vatidica, quæ etiam Magnentio exitum vitæ prædixiſſe fertur.

FL. CONSTANTIVS GALLVS NOBILISS.
Cæſar, Coſ. III.
GALLI NVMMVS.



Gallus Cæſar natus eſt in Thuſcia Maſſæ Veternenſi,

patre

patre Conſtantio fratre Magni Conſtantini, matre Galla, ſorore Ruffini & Cerealis Coſſ. An. vrb. ∞ LXXVII. Chriſti CCCXXV. Anicio Fauſto Paullino & P. Publilio Cæionio Iuliano Coſſ. Cæſar à Conſtantio Imp. appellatus eſt in Oriente, Sergio & Nigriniano Coſſ. Imperauit annos plus minus IV. in Oriente, Cæſaris tantum nomine. Occiſus eſt Polæ in Hiſtria, iuſſu Imp. Conſtantij, ſe III. & Conſtantio Aug. VII. Coſſ. menſe Octobri Anno vrbis ∞ CVI. Chriſti CCCLIV. Vixit annos XXIX. Fuit vir forma conſpicuus, crudelis, libidinoſus, ſuſpicax, Græcæ linguæ peritiſſimus, plurimis vitijs deditus, ad quæ eum vxor magis incendebat.

CONSTANTIA Galli Cæſaris vxor, mulier crudelis & faſtuoſa, quæ virum ad quoduis ſcelus impulit, prius nupſerat Dalmatio Cæſari, Conſtantinique Magni filia: pro marito apud fratrem Conſtantium II. Imper. interceſſit. Obiit febre in Bithynia. Sepulta Romæ in ſuburbio viæ Nomentanæ poſt primum lapidem in ſepulchro maiorum.

IMPERATOR CÆSAR VETRANIO,
Pius, Felix, Auguſtus.

254.





Hic ex Magiſtro militum, occiſo Conſtante Imperium arripuit apud Syrmium in Illyrico. Imperator appellatus à militibus Illyricianis, Sergio & Nigriniano Coſſ. Anno vrbis conditæ ∞ CII. Chriſti CCCL. Imperauit

uit annos plus minus IV. Coactus ab Imp. Conſtantio abdicauit, Conſtantio Auguſto VI. & Gallo Cæſare II. Coſſ. Anno vrbis ∞ c v. Chriſti CCCLIII. & poſtmodum diu in Bithynia priuatus vixit. Homo prope ad ſtultitiam ſimpliciſſimus, probus, iucundæ ciuilitatis, ſed omnium liberalium artium adeo expers, vt prima literarum elementa, iam decrepitus Imp. diſceret.

IMP. CÆSAR POPILLIVS NEPOTIANVS, Pius, Felix, Auguſtus.



Nepotianus FL. Popillij Nepotiani & Eutropiæ ſororis Auguſtorum filius, Romæ Imperator eſt creatus, Auguſtiq; nomen accepit, Anno vrbis ∞ c I. Chriſti CCCL. Sergio & Nigriniano Coſſ. Hic cum ſæuis exordiis & crudelitate Imperium vellet obtinere, exitum dignum crudelitate ſortitus eſt. Nam ab Heraclide ſenatore, Magnentianæ factionis fautore, facta proditione, ſimulans cum eo loqui, obtruncatus eſt, capite palo ſuffixo & per vrbis itinera deportato, cum imperaſſet dies XXVIII. Anno eodem. Fuit vir magnæ ſtaturæ, & validis membris, latinæ & græcæ linguæ peritus, flauo capillo, barba non magna, facile credens, vultu honeſto, crudelis & ſæuus, Annos natus circiter XLII.

IMP.

IMPERATOR CÆSAR SYLVANVS,
Pius, Felix, Augustus.

Hic natione Gallus, patre Bonitio, ex Rectore pedestris militiæ Imperium in Gallijs assumpsit, Arbetione & Mauortio Lolliano Coss. An. vrbis ∞ cvii. Christi cccLv, & xxix. Imperij die, apud Coloniam Agrippinam, à Ducibus Constantij cæsus est. Quidam asserunt eum per duos menses imperasse. Vir fuit multis virtutibus præditus. Constantius eius morte maxime lætatus est. Originem habuit ex Francis Germaniæ populis.

IMP. CÆSAR FL. CLAVDIVS JVLIANVS,
Pius, Felix, Aug. Cos. iv.



Iulianus Imp. natus est Ouinio Pacaciano & Mecilio Hilariano Coss. Anno vrbis ∞ xxciv. Christi cccxxxii. Cæsar appellatus est ab Imp. Constantio in Gallijs, viii. Iduum Nouembris, Arbetione & Mauortio Lolliano Coss. Anno vrbis ∞ cvii. Christi cccLv. Imperauit Cæsar cum Constantio Augusto annos v. mens. xi. & dies xxiix. Imperare cœpit Augustus in Gallijs die obitus Constantij Imp. iii. Nonarum Nouembris, Flauijs Tauro & Florentio Coss. Anno vrbis ∞ cxiii. Chr. cccLxi. Augustus vero Constantinopoli à senatu appellatus est iii. Iduum Decemb. anni eiusdem. Imperauit

rauit annum I. menses v II. & dies XXV II. Occisus in Perside VI. Cal. Iulii, ipso IV. & Secundo Salustio Promoto Coss. Anno vrbis ∞ CXV. Christi CCCLXIII. Vixit años XXXI. Cadauer sepultum in suburbio Tharsi in Cilicia. A Iouiano Aug. inter Diuos relatus est. Fuit vir alioquin ingenio, memoria, literaturaque ingenti præditus, in Græcis doctior, atq; adeo vt latina eruditio nequaquam Græcæ scientiæ conueniret. Linguæ fusioris, & admodum raro silentis. Capillos habebat, tanquam pexisset, molles, & nigros, hirsuta barba in verutum desinente vestitus, venustate oculorum flagrans, castissimus alioquin, vt qui post amissam Helenam coniugem, nihil vnquam Venereum attingeret. Potus & cibi parcus, vigilans & minime somno deditus, rei militaris peritissimus, virtute senior quam ætate, patiens frigoris & feruoris, liberalis, nec non alijs virtutibus præditus fuit, quas omnes recensere supetuacaneum est.




Fl. Ivlia Helena Iuliani Imp. vxor, filia Constantini Magni Imp. Veneficiis petita ab Eusebia Constantij II. Imp. vxore, vt abortum faceret. Obiit ex partu in Illyrico. Cadauer Romam translatum, & in Suburbio Nomentanæ viæ iuxta sororem Constantiam sepultum est. Peperit infantem, qui obstetricis dolo, quæ vmbilicum nimis præsecuit, interiit.

R IMP.

IMP. CÆSAR FLAVIUS JOVIANUS, *Pius, Felix, Augustus.*

A V R E A.



Natus est Imp. Iouianus in Pannonia, patre Varroniano incola agri Singidoniensis, Annio Basso & Ablabio Coss. Anno vrbis ∞ xxc111. Christi vero cccxxxi. Imperare cœpit in Perside prope Ctesiphontem ex Tribuno militum, v. Cal. Iulij, Iuliano Augusto iv. & Secundo Salustio promoto Coss. altero die post cædem Iuliani Imp. Imperauit menses vii. & dies xxii. Obijt Dadastanis, inter Galatiam & Bithyniam, xiii. Calend. Martij, ipso & filio Varroniano Coss. An. vrbis ∞ cxv. Christi ccclxiv. Vixit annos xxxiii. Sepultus Constantinopoli ad Basilicam Apostolorum, & inter Diuos relatus est, quo mortuo, fuit interregnum dierum viii. Vir vultu lætissimo, oculis cæsiis, vasta & ardua proceritate, Christianæ legis studiosissimus, in literis mediocriter eruditus, beneuolus, & in suos propensus, quos ad dignitatis gradus euexerat, vini & cibi appetentior, libidinosus, strenuus & fortis miles.

Charito vxor Iouiani Imp. quæ in lucem edidit Varronianum filium. Hæc marito, Imperatori facto, properauit in occursum: sed antequam ad eum perueniret, diem suum obijt. Sepulta Byzantij ad SS. xii. Apostolos prope maritum.

Varo-

VARONIANVS Iouiani ex Charito filius, quem pater secum consulem licet infantem, creauerat, qui cum admodum paruulus in curuli sella cum patre veheretur, vagitu reluctabatur, infelicem patris exitum voce portendens.

IMP. CÆSAR FLAVIVS VALENTINIANVS, Pius, Felix, Augustus, Cos. IV.



Valentinianus Imp. natus est patre Gratiano Funano apud Cibalas in Pannonia, Crispo II. & Constantino iuniore II. Cæsaribus Coss. Anno vrbis ∞ LXXIII. Christi CCCXXI. Imperare cœpit apud Nicæam Bithyniæ V. Cal. Martij, ex Agente scholam secundam scutariorum, Iouiano Augusto & Varroniano Coss. Anno vrbis ∞ CXV. Christi CCCLXIV. Imperauit annos XI. menses VIII. & dies XXVIII. in Occidente solus mensem vnum, & dies IV. Cum fratre Valente Augusto annos III. menses IV. & dies XXIV. Cum fratre & filio Gratiano Augustis annos VIII. menses II. & dies XXIIX. Obijt in Illyrico apud Bergentionem XV. Calend. Decembris, post Consulatum Gratiani III. & FL. Equitij, Anno vrbis ∞ CXXVII. Christi CCCLXXV. Sepultus Constantinopoli in Basilica Apostolorum, & à Gratiano filio & Valente fratre inter Deos relatus. Vixit annos LIV. & menses aliquot. Vir egregio vultu, animo graui, ingenio solertissimo, sermone cultissimo, vitijsq; infensus potissimum

simum auaritiæ. Erga Deum valde pius, corpore robustus, & à iustitia nunquam alienus, & quibusdam seuerus dictus ob vehementiam, oppidorum & limitum conditor tempestiuus, in bello solers & cautus.

VXORES VALENTINIANI IMP.

SEVERA Vxor Valentiniani Imp. prima, quæ peperit Gratianum filium Imperatorem, mulier prudentissima. Hæc commendans Iustinæ formam Imperatori, effecit vt eandem Imperator superinduceret vxorem.

IVSTINA altera vxor Valentiniani Imp. quam ob formæ excellentiam ex commendatione Seueræ Augustæ ipse præter iam nominatam superinduxit. Peperit marito Valentiniano filium Valentinianum iuniorem, & tres filias, Justam, Gratam, & Gallam. Fuit autem ipsa Justa vidua Magnentij Imperatoris. Mansit Valentiniano Imp. superstes.

IMPERATOR CÆSAR FL. VALENS, Pius, Felix, Augustus, Cos. VI.



Valens Imp. frater Valentiniani, natus est apud Cibalas in Pannonia, FL. Magno Januario, & Justo Coss. Anno vrbis ∞xxc. Christi cccxxiix. Augustus à patre appellatus est Constantinopoli, Calendis Apr. Jouiano Augusto & Varroniano Coss. Anno vrbis ∞cxv. Chr. ccclxiv. Imperauit in Oriente annos xiv. menses iv. & dies

dies XIII. cum fratre annos III. menses IV. & dies XXVIII. cum fratre & nepote Gratiano annos VIII. menses II. & dies XXVIII. cum nepote Gratiano tantum dies VI. cum duobus nepotibus, videlicet Gratiano & Valentiniano iuniore annos II. menses VIII. & dies XIX. Prælio victus à Gothis in Thracia prope Hadrianopolin, igne absumtus est v. Iduum Augusti ipso VI. & Valentiniano iuniore Aug. II. Coss. Anno vrbis ∞ CXXX. Christi CCCLXXVIII. & inter Diuos relatus est à Gratiano & Valentiniano Iuniore. Vixit annos L. & menses aliquot. Fuit autem Valens mediocris staturæ, nigri coloris, amicus fidelis, vltor ambitionum, seuerus militaris & ciuilis disciplinæ corrector, in deferendis dignitatibus & magistratibus vel adimendis ijs nimium tardus, prouinciarum tutor, tributorum onera aliquantulum minuit, in requirendis debitis non molestus, liberalis, magnarum opum appetitor, laborum impatiens, durus supra modum, & procliuis in crudelitatem, subagrestis ingenij, nec bellicis nec liberalibus studiis eruditus, iracundus, & piger, vrbes aliquot ampliauit, & munitionibus firmauit.

DOMINICA Augusta, raræ pudicitiæ fœmina, vxor Valentis. Hæc Hunnis, Alanis, & Gothis victricibus signis Constantinopolim obsidentibus, viriliter restitit. Nam ex ærario publico multas pecunias & arma ciuibus ac plebi largita, ab vrbis vastatione hostes submouit, regnumque cognatis fideliter seruauit. Ex hac vnicum filium suscepit, qui infans mortuus est, & duas filias Anastasiam & Carrosiam.

IMPERATOR CÆSAR PROCOPIVS,
Pius, Felix, Augustus.

Procopius natus est nobili genere in Cilicia, propinquus Iuliani Imp. Anitio Fausto Paullino & P. Publilio

Cæionio Iuliano Coss. mense Septembri, Anno vrbis ∞LXXVII. Christi CCCXXV. Tyrannidem Constantinopoli inuasit circa Cal. Octobris contra Valentem anno vrbis ∞CXVI. Christi CCCLXIV. Iouiano Augusto & Varroniano Coss. Imperauit in Oriente annum I. & menses X. Occisus in Phrygia prope Pessinuntiam, Gratiano nobilissimo puero & FL. Dagalaipho Coss. XII. Calend. Augusti, Anno vrbis ∞CXVIII. Christi CCCLXVI. Vixit annos quadraginta vnum & menses VI.

IMPERATOR CÆSAR FL. GRATIANVS, Pius, Felix, Aug. Cos. V.



Gratianus Imp. natus est Syrmii in Pannonia, Flauijs Eusebio & Hypatio Coss. Anno vrbis ∞CXI. Christi CCCLIX. Augustus à patre Valentiniano appellatus est XIII. Calend. Septembris, Ambianis in Gallijs, Flauijs Lupicino & Iouino Coss. Anno vrbis ∞CXIX. Christi CCCLXVII. Imperauit in Occidente annos XVI. & dies VI. Cum patre Valentiniano, & patruo Valente Augg. annos VIII. menses II. dies XXVIII. cum patruo Valente tantum dies VI. cum patruo & fratre Valentiniano iuniore, annos II. menses VIII. & dies XIX. cum fratre & Theodosio, annos IV. cum fratre Theodosio, & Arcadio menses VII. & dies X. Occisus est VIII. Calend. Septembris apud Lugdunum Galliæ, insidijs Maximi tyranni, qui Imperium in Gallijs arripuit, manu Andregatij

tij ducis, Flauijs Mærobaude II. & Saturnino VV. CC. Coss. Anno ∞CXXXV. Christi CCCXXCIII. Sepultus Constantinopoli, & inter Diuos relatus à Theodosio & Valentiniano Iuniore. Vixit annos XXIV. Fuit Gratianus velox corpore, qui cursu, palæstra & saltu ceruos ferme superabat. Vsu armorum strenuus, insignis iaculator, & in ea arte æmulus Commodi, summæ voluptatis, diuinæque artis, qui poterat, sibi destinata iaculis ferire. Vini ac cibi victor. In iuuenili ætate nimis lætus, & plus verecundus, quam Reipub. intererat, minus vero attentus ad Imperij gubernationem.

VXORES GRATIANI Imperatoris.

FL. MAXIMA CONSTANTIA FAVSTINA POSTHVMA, vxor Gratiani Imper. filia Constantii II. Imp. ex Faustina Augusta posthuma, peperit filiam Placidiam.

LÆTA vxor altera Gratiani Imperatoris, filia Pissamenæ. Diu vixit & habitauit Romæ post mariti obitum.

IMPERATOR CÆSAR FIRMVS, Pius, Felix, Augustus.

Hic in Mauritania Africæ Augustus appellatus, non longe post occisus est, Gratiano Augusto II. & Annicio VI. Petronio Probo V. C. Sex. Coss. Anno vrbis ∞CXXIII. Christi CCCLXXI. Fuit vir alias fortis, magnus, solers & bellicosus, diues, liberalis, sed tamen crudelis & fratricida, à popularibus summopere adamatus, nec Romanorum penitus caruit familiaritate.

IMPERATOR CÆSAR THEODORVS,
Pius, Felix, Aug.

Hic etiam contra Valentem Imperium arripuit, & occisus est eodem Anno, Flauio Gratiano Augusto II. & S. Annicio Sex. Fil. Petronio Probo V.C. Coss.

IMP. CÆSAR FLAVIVS VALENTINIANVS
iunior, P.F. Aug. Cos. IV.





Valentinianus iunior Imp. natus est in Gallijs, FL. Gratiano Nob. puero, & FL. Dagalaipho Coss. Anno vrbis ∞ CXVIII. Christi CCCLXVI. Augustus ab exercitu appellatus est in Gallijs, apud villam muro cinctam X. Cal. Decembr. Post Consulatum Gratiani, Aug. III. & FL. Equitij, Anno ∞ CXXVII. Christi CCCLXXV. Imperauit annos XVI. menses V. & dies XXIV. cum patruo Valente & fratre Gratiano Augg. annos II. menses V. & dies XXIV. cum fratre tantum menses V. & dies VIII. cum fratre & Theodosio Augg. annos IV. cum fratre Theodosio & Arcadio Augg. mens. VII. & dies X. cum Theodosio & Arcadio Augg. anos VIII. mēs. VIII. & dies XXII. Occisus Idibus Maij, Arcadio August. II. & Flauio Ruffino V. C. Coss. Anno vrbis ∞ CXLIV. Christi CCCXCII. Viennæ in Gallijs, insidijs Arbogastis. Vixit annos XXVI. Cadauer Constantinopoli sepultum est, ipseq; inter Diuos relatus à Theodosio Imper. Fuit vir non admodum magnæ

magnæ ſtaturæ nec robuſtis membris, pulcherrima facie præditus, membris omnibus apte compoſitis, delicatus, & otio deditus, timidus, vini & cibi non admodum cupidus.

An vxorem habuerit, incertum.

IMPERATOR CÆSAR FL. THEODOSIVS, Pius, Felix, Aug. Coſ. III.



Imp. Theodoſius natus eſt in Hiſpania, Amantio & Cæionio Ruffio Albino Coſſ. Anno vrbis ∞ X C V I I. Chriſti C C C X L V. Imperator appellatus à Gratiano Auguſto apud Syrmium in Illyrico, X V I I. Cal. Febr. D. Auſonio Magno Pœonio Gallo, & Sexto Anicio, Sex. filio Hermogeniano Olybrio VV. CC. Conſulibus, Anno vrbis ∞ C X X X. Chriſti C C C L X X I X. Imperauit annos X V I. & dies I I. cum Gratiano & Valentiniano Auguſtis annos I V. cum iiſdem & filio Arcadio, menſes V I I. & dies X. Cum Valentiniano & Arcadio Auguſtis annos V I I I. menſes V I I I. & dies X X I. Cum Arcadio tantum menſes V I I. & dies X X V I I. Cum Arcadio & Honorio Auguſtis filiis ſuis annos I I. & dies V I I I. Obiit Mediolani X V I. Calend. Februarij, Sex. Anicio Probino, & Quincto Claudio Hermogeniano Olybrio Viris Clariſſimis Conſulibus Anno vrbis ∞ C X L V I. Chriſti C C C X C V.

Cada-

Cadauer Cőſtantinopolim tranſlatum in Baſilica Apoſtolorum ſepultum eſt. Ipſe inter Diuos relatus à fil. Arcadio & Honorio. Vixit annos L. vel vt alijs placet LX. Baptizatus eſt ſenex Theſſalonicæ ab Anatolio Epiſcopo (nam Ethnicus erat) Princeps vultu, moribus, & ſucceſſu Traiano fuit ſimilis. Eminentis ſtaturæ erat, cęſariem magnam, ingentes oculos habebat, ſummæ clementiæ; incredibilis in ſuos pietatis, rei militaris diſciplinæque ſagax fuit, nec à literis alienus, pietatis Chriſtianæ obſeruator, &c.

ÆNEA.

264.





Ælia Placilla Theodoſij I. Imp. vxor prima, mulier pijſſima: peperit Arcadium & Honorium filios Imperatores. Eius ſtatuas Antiochæni in foro deiecerunt. Eius palatium fuit Conſtantinopoli ab ipſa denominatum. Obijt ante maritum, ſepulta Byzantij in æde SS. XII. Apoſtolorum.

Galla vxor Theodoſij Imperatoris altera, filia Valentiniani ex Iuſtina Auguſta, ſoror Valentiniani Iunioris Imp. Peperit filiam Gallam Placidiam. Obiit ante maritum in ſecundo partu. Sepulta Byzantii à Theodoſio marito regio monumento.

IMP.

IMPERATOR CÆSAR FL. ARCADIVS, Pius, Felix, Aug. Cos. VI.



Arcadius Imp. natus est in Hispania, ante patris Imperium, Gratiano Augusto IV. & FL. Merobaude V.C. Coss. Anno vrbis ∞CXXIX. Christi CCCLXXVII. Augustus à patre Constantinopoli appellatus est XVII. Calen. Februarij, Flauiis Merobaude II. & Saturnino VV.CC. Coss. Anno vrbis ∞CXXXIV. Christi CCCXXCIII. Imperauit annos XXV. menses III. & dies XVI. in Oriente cum Gratiano, Valentiniano iuniore, & patre Augustis menses VII. & dies X. Cum Valentiniano & patre suo annos VIII. menses VIII. & dies XXI. Cum patre tantum menses VII. & dies XXVII. Cum patre & fratre Honorio annos II. & dies VIII. cum fratre Honorio tantum annos VII. Cum fratre, & filio Theodosio Iuniore Augg. annos VI. mens. III. & dies XVI. Obiit Constantinopoli Cal. Maij, Anicio Basso & FL. Philippo VV.CC. Coss. Anno vrbis ∞CLX. Christi CDVIII. Ibique ad Apostolos sepultus est, & à filio Theodosio Iuniore inter Diuos relatus. Vixit annos XXXI. menses aliquot. Fuit Arcadius corpore admodum deformi, nigro, statura parua.





Ivlia Evdoxia vxor Arcadii Imperatoris, mulier fastuosa, Chrysostomum in exilium egit. Sustulit ex marito Theodosium iuniorem Imperatorem, & iv. filias Flaccillam, Pulcheriam, Arcadiam & Martinam. Obiit Constantinopoli tribus mensibus post Chrysostomi mortem, extincta in partu cum fœtu mortuo. Sepulta est Byzantii in æde SS. Apostolorum. Fuit cognata, vel, vt quidam volunt, filia Promoti præfecti Constantinopolitani.



Ælia

ÆLIA FLACCILLA, MARTINA, PVLCHERIA ET ARCADIA, quatuor filiæ Arcadii, ex Eudoxia. Flaccilla religionis obseruantissima cultrix, summa bonitate, integritate & sanctitate, virginitatem perpetuo seruauit.

PVLCHERIA Arcadij Imp. & Eudoxiæ filia altera, insignis pietate erga Deum & homines, vxor Martiani Imp. de qua plura infra suo loco.

ARCADIA, Arcadij Imp. ex coniuge Eudoxia filia tertia, Theodosij Magni neptis, & soror Theodosij iunioris, quam diu cælibem vitam egisse inuenio.

MARTINA filia quarta Arcadij Imperatoris & Eudoxiæ, virgo permansit, quam diu in viuis fuit, nec plura de hac inuenire potuimus.

IMP. CÆSAR FLAVIVS MAG. MAXIMVS, Pius, Felix, Augustus.



Maximus Imp. natus est in Britannia. Imperator ab exercitu in Britannijs contra Gratianum Imp. ex duce exercitus appellatus est, Flauiis Merobaude II. & Saturnino VV. CC. Coss. Anno vrbis ∞cxxxv. Christi ccc-xxcIII. Imperare cœpit Lugduni in Galliis, occiso Gratiano, VIII. Calen. Septemb. eiusdem anni. Imperauit in Galliis annos v. & dies II. contra Valentinianum iun. & Theodosium. Prælio victus à Theodosio Aquileiæ, occisus est VI. Cal. Septembris, Theodosio Aug. II. & FL.

Cynegio V. C. Coss. Anno Christi CCCXCVIII. vrbis ∞CXL. Fuit vir iustæ staturæ, fortis, rei militaris, eiusq; disciplinæ peritus, superbus & arrogans.

. . . . . . Vxor Maximi Imp. quæ ei peperit duos filios, Fl. Victorem Cæsarem, & Maximum, quos ambos Theodosius Magnus Imp. victos interfecit.

IMP. CÆSAR FLAVIVS VICTOR, Pius, Felix, Augustus.



Hic Maximi filius fuit, à quo in Galliis Augustus appellatus, iisdemque prouinciis præpositus, iisdem Coss. quibus pater Imperium cœpit, eodemq; Anno quo pater cæsus est, & ipse iussu Theodosii in Galliis est interfectus.


MAXIMVS filius Maximi Tyranni vel Imperatoris & frater Victoris Cæsaris, natus est in Britannia patrique superstes mansit, cum ei vita esset propter pueritiã concessa, Romæ senatoria dignitate deinde vixit. Ex eius prosapia deinde originem duxit Maximus ille, qui Aetium Romanum interfecit, & post Valentiniani III. obitum Romæ arripuit Imperium, vt suo loco dicetur.

ADREGATIVS Dux Maximi præcipuus, cuius insidiis & manu occisus est Gratianus Imper. qui occiso Maximo, Aquileiæ se in amnem præcipitem dedit, & suffocatus est.

IMPE-

IMPERATOR CÆSAR FL. EVGENIVS, Pius, Felix, Augustus.

ARGENTEA.



Eugenius Imp. natus est in Galliis. Fuit primum professione Grammaticus, post miles, deinde dux, demum Imperatoris antigrapheus, id est, computator, vel contrarotulator. Imperare cœpit Viennæ in Galliis Idibus Maij, insidiis Arbogastis extincto Valentiniano iuniore, Arcadio Aug. II. & Flauio Ruffino V.C. Coss. Anno vrbis ∞ CXLIV. Christi CCCXCII. Imperauit in Galliis contra Theodosium annos II. menses III. dies XXIII. Prælio in Galliis à Theodosio Imp. victus & captus VIII. Iduum Septembris occisus est, iussu Theodosii, Arcadio III. & Honorio II. Augg. Coss. Anno vrbis ∞CXLVI. Christi CCCXCIV. Fuit viri iustæ proceritatis, mediocribus viribus præditus, belli & artium liberalium scientissimus, plurimis virtutibus & in primis facundia præditus, qua se quoq; animis hominum insinuare potuit. An vxores & liberos habuerit, nobis non constat.

Arbogastes dux belli Eugeniani, cuius insidiis cæsus est Valentinianus iunior. Hic victo & occiso Eugenio Tyranno, postridie, videlicet VII. Idus Septembris, in Galliis se ipsum occidit.

IMP. CÆSAR FLAVIVS HONORIVS,
P.F.Aug. Cos. XIII.



Honorius Imp. natus est Constantinopoli, v. Idus Septembris Fl. Ricimere & Clearco Coss. Anno vrbis ∞ cxxxvi. Christi ccclxxciv. Cæsar appellatus est à patre Constantinopoli L. Aurelio, L.F. Auiano Symmacho, & Ti. Fabio Titiano Viris Clarissimis Consul. xvii. Cal. Febr. anno vrbis ∞cxlii. Chr. cccxci. Imperauit sub Cæsaris nomine annos ii. August. à patre Constantinopoli appellatus est, iv. Idus Januarij, Theodosio Augusto iii. & Fl. Habundantio V.C. Coss. Anno vrbis ∞cxliv. Chr. cccxciii. Imperauit annos xxx. menses vii. & dies vi. in Occidente, cum patre & fratre Augg. annos ii. dies viii. cum fratre annos vii. cum fratre & nepote Theodosio iuniore annos vi. menses iii. & dies xvi. cum nepote tantum annos xv. menses iii. & dies xv. Obiit Romæ xviii. Cal. Septemb. Fl. Asclepiodoto & Rufio Prætextato Mariniano VV.CC. Coss. Anno vrbis ∞clxxv. Christi ccccxxiv. Sepultus in Basilica S. Petri & à Valentiniano iii. consecratus. Vixit annos xxxiix. mens. xi. & dies vii. Fuit vir non magnæ staturæ, nec admodum pulchri corporis, tardi ingenij, belli minime peritus, timidus, & tamen veræ doctrinæ defensor, deuotus & pius.

Maria Honorij Imp. prima vxor, filia Stiliconis, viri potentissimi & ditissimi, & Serenæ: obijt adhuc virgo. Sepulta est Romæ in via Triumphali cum preciosissimis ornamentis & plurimis gemmis, sicuti inuentum est eius sepulchrum sub Iulio II. Pontifice Romano, in quo, præter ossa, gemmæ adhuc plurimæ inuentæ sunt.

Thermantia altera Honorij Imp. vxor, seu potius sponsa, soror prædictæ Mariæ, filia Stiliconis & Serenæ. Obiit etiam virgo. Sepulta Romæ.

FLAVIUS VALERIUS CONSTANTIUS, Nobilissimus Cæsar, Cos. III.



Cæsar ab Honorio Imperatore in Occidente appellatus, data ei in vxorem, sorore Galla Placidia, ex quibus Valentinianus III. Imp. natus est & Honoria. Vixit in Imperio annos plus minus IV. Creatus Cæsar, Theodosio August. VII. & Iunio Quarto Palladio V.C. Coss. Anno vrbis ∞CLXIIX Christi CDXVII. Obiit ipso III. & Theodosio Augusto IX. Coss. Anno vrbis ∞CLXXII. Christi CDXX. Fuit vir iustæ staturæ, satis procero & valido corpore, beneficus, iustus, seuerus, plurimisque virtutibus aliis præditus.

274.





Galla Placidia vxor Constantii III. Imp. filia Theodosij senioris ex Galla secunda vxore, soror Arcadij & Honorij Imperatorum, vidua Ataulphi reguli Gothorum. Peperit marito filium, Valentinianum III. Imp. & Honoriam filiam. Pulsa à fratre Honorio, profugit Byzantium ad Theodosium Iuniorem Imp. à quo reducta est in regnum.

TYRANNI, QVI SVB ARCADIO ET Honorio Augustis fuerunt.

IMPERATOR CÆSAR RVFFINVS, Pius, Felix, Augustus.

Præfec. prætorij, & Dux vtriusque militiæ, natione Gallus, Celta, contra Imperatorem Arcadium tyrannidem molitus, Constantinopoli occisus est tumultu militari, Q. Clodio Hermogeniano Olybrio, & Sexto Anicio Sex. F. Probino VV.CC. Coss. Anno vrbis ∞cxlvii. Christi cccxcv.

. . . . . Vxor Ruffini Tyranni, cui peperit filiam . . . . . Cum vero Ruffinus occisus esset, ab Eutropio eunucho Arcadij Imp. liberam discedendi facultatem obtinuit vna cum filia. Itaq; Hierosolymam concedens, ibi diu vixit, & senex ibidem obiit.

IMPERATOR CÆSAR FL. GILDO, Pius, Felix, Augustus.

Natione Gothus ex comite Præfecto prætorij ac Duce Ita-

ce Italiæ in Africa contra Honorium tyrannidem sumpsit, ac bellum ciuile mouit, qui eodem anno prælio victus à fratre suo Masciszele Honorii Duce, qui in fide Imperatoris remanserat, se ipsum strangulauit, Honorio Aug. IV. & Eutychiano Coss. anno vrbis ∞CL. Christi CCCXCVIII.

. . . . . . Vxor Gyldonis Tyranni in Africa sub Honorio Imp. marito superstes mansit.

IMPERATOR CÆSAR MASCIZEL,
Pius, Felix, Augustus.

Mascizel natione Gothus Gildonis frater: Eo occiso Imperium contra Honorium in Africa arripuit, & occisus est, Fl. Manlio Theodoro, & Fl. Eutropio Viris Clarissimis Consulibus, Anno vrbis ∞CLI. CHRISTI CCCXCIX.

. . . . . Vxor Masçizelis Mariti Tyranni in Africa sub Honorij Imperio, quæ marito duos peperit filios . . . . . quos Gildo patruus interfecit.

IMPERATOR CÆSAR FL. GAINAS,
Pius, Felix, Augustus.

Natione Gothus ex Duce & Magistro vtriusq; militiæ Imperium in Asia & Oriente arripiens, bellum ciuile contra Arcadium Imp. mouit, Fl. Manlio Theodoro, & Fl. Eutropio Viris Clarissimis Consulibus. Imperauit annos plus minus II. Occisus mense Februario in Thracia, Ragonio Vincentio Celso & Frauita VV. CC. Coss. anno vrbis ∞CLIII. Christi CDI.

. . . . . Vxor Gainæ tyranni Gothi sub Honorio & Arcadio Impp. in Oriente, peperit plures marito liberos. . . . . Illa marito superstes mansit.

FL. STYLICO. V. C. II. MAG.
vtriusque militiæ.

Natione Gothus, Imperij affectati reus, tyrannidem

 contra

contra Honorium Imp. molitus est, Imperiumque filio suo Eucherio tradere studens, detectus, iussu Honorij Imp. Rauennæ occisus est cum filio, Annicio Basso & FL. Philippo VV. CC. Coss. Anno vrbis ∞CLX. Christi CDVIII.

SERENA Styliconis vxor, ex qua ei nati sunt FL. Eugenius, cui pater Imperium tradere volens, cum eo iussu Imper. Honorij occisus est, filiæ Maria & Thermantia, Augusti Honorij Imp. vxores. Hæc mulier superba, regni cupida, callidaq; ab Allarico rege Gothorum strangulata Romæ fuit.

IMP. CÆSAR FL. THEODOSIVS IVNIOR, P.F.Aug. Cos.XVIII.



Theodosius Imp. natus est Constantinopoli, IV. Idus Aprilis, Ragonio Vincentio Celso & Frauita VV. CC. Coss. Anno vrbis ∞CLII. Christi CDI. Augustus à patre Arcadio Constantinopoli appellatus est, XVII. Cal. Februarij, Arcadio & Honorio Augg. V. Coss. anno vrbis ∞CLIII. Christi CDII. Imperauit annos XLVIII. menses VI. & dies XIII. Cum patre & patruo Honorio annos VI. menses III. & dies XVI. cum patruo Honorio Aug. annos XV. menses III. dies XV. Solus annos II. menses II. cum Valentiniano, III. consobrino suo Augusto annos XXIV. menses IX. dies XIV. Obiit Constantinopoli V. Calendarum Augusti, ibiq; sepultus in Apostolorum

stolorum templo in sepulchro patris sui Arcadij, Placidio Valentiniano tertio Aug. VII. & Gennadio Valerio Coruino Auieno V V. C C. Coss. Anno vrbis ∞CCII. Christi CDL. & à Valentiniano III. Imp. inter Diuos relatus est. Vixit annos XLIX. menses III. & dies XIX. Fuit hic Theodosius mediocris staturæ, oculis palpebras superantibus, nigris, & acute videntibus, naso tenui & recto, flauô crine, Astronomiæ sicut & aliarum disciplinarum peritus, item optimus iaculator & eques, insignis pictor, in arte fingendi etiam edoctus, moribus comis & facilis, nimis verecundus, & Eunuchis subditus. Princeps fuit vitæ integerrimæ.

EVDOXIA Theodosij iunioris vxor, mulier egregia, pulchra & pudica, doctissimaque, filia Leontij Atheniensis Philosophi. Peperit marito duas filias, Iuliam Eudoxiam, & Iuliam Placillam. Abiuit Hierosolymam ob suspicionem adulterij de se à marito falso conceptam. Obiit ibidem, & sepulta in æde Sancti Stephani.

TYRANNI, QVI SVB HONORIO ET THEODOSIO Iuniore Augg. fuerunt.

IMP. CÆSAR MARCVS, PIVS, Felix, Augustus.

Hic in Britannia ab exercitu Imp. appellatus, paulo post occisus est tumultu militari, Honorio VIII. & Theodosio iuniore III. Augg. Coss. Anno vr. ∞CLXI. Christi CDIX. cum nondum in Britannia rebus Imperij integrum annum præfuisset.


IMPE-

IMPERATOR CÆSAR GRATIANVS,
Pius, Felix, Augustus.



Gratianvs ab exercitu Britannico, cæso Marco, Imp. creatus, & ipse mense Imperii IV. tumultu militari occisus est, eodem Anno. Fuit natione Britannus, & vir militaris.

IMPERATOR CÆSAR FL. CONSTANTINVS,
Pius, Felix, Augustus.



Hic occiso Gratiano, ab eodem Britannico exercitu Augustus appellatus, in Gallias traiecit, vbi annos plus minus duos imperauit, coactusque à Constantio Cæsare abdicauit, & non longe post Arelati occisus est cum filio Iuliano. Fuit vir satis validis membris, procero corpore, attentus ad rem gerendam, sed minime potentia conferendus Honorio.

. . . Vxor

. . . . Vxor Conſtantini Tyranni, peperit filios duos Conſtantem Cæſarem, & Iulianum, occiſos à Conſtantio Cæſare affine ſororis Honorij Imperatoris. Marito & filijs fuit ſuperſtes.

IMPERATOR CÆSAR CONSTANS, Pius, Felix, Auguſtus.




Hic à patre Conſtantino Auguſto ex Monacho in Gallijs, Imperatorque ab exercitu appellatus eſt, Honorio VIII. & Theodoſio III. Auguſtis Coſſ. Imperauit cum patre in Gallijs, & Hiſpania fere biennium. Coactus à Conſtantio Cæſare abdicauit, & paulo poſt necem patris apud Viennam in Gallia occiſus eſt, Theodoſio iuniore Auguſto IV. Coſ.

IVLIANVS Conſtantini Tyranni filius, natus in Britannia, occiſus in adoleſcentia à Conſtantio III. Cæſare poſt necem patris Arelati in Gallia, Anno & die eodem, quo pater.

IMPE-

IMPERATOR CÆSAR FL. ATTALVS,
Pius, Felix, Augustus.



Hic ex Præfecto vrbis Romæ ab Alarico Gothorum rege Imperator creatus est, Flauiis Tertullo & Verari Coss. Anno Christi CDX. Imperauit in Italia annum plus minus vnum. Coactus ab Alarico abdicauit Anno sequenti, Theodosio iuniore Aug. IV. Cos.

. . . . . . Vxor Attali, ex quo aliquot liberos suscepit, & inter hos Ampelium filium, quem Alaricus rex cepit. Ipsa fuit marito superstes.

IMPERATOR CÆSAR IOVIVS,
Pius, Felix, Augustus.

Iouius natione Italus, rei militaris peritus, vnde & quasi per gradus ad Præfecturam Italiæ ascendit, ac primo Attali partes & Alarici sequutus, ad Honorium legatus fuit. Cæterum videns Attali inepta consilia, ipse ad Honorium defecit, & Alarico quoque author fuit, vt Attalum cogeret ad depositionem & abdicationem tyrannidis. Verum cum & ipse res nouas moliretur contra Honorium, ac ad Tyrannidem aspiraret, à militibus occisus est, Anno CDXI. Theodosio Iuniore August. solo Consule.



IMPE-

IMPERATOR CÆSAR SARVS, PIVS, Felix, Augustus.

Sarus natione Gothus, homo militaris, satis splendido genere ortus, qui dux exercitus factus & contra Tyrannum Constantium in Galliam missus, Iustinianum alterum ducem Constantini vicit & interfecit, Constantinum Valentiæ obsedit. Alterum vero eiusdem ducem Neuiogastem interemit. Sed postmodum cum quoque cum Iouio colluderet, & tyrannidem affectaret, occisus est in Italia, Anno Christi CDXI. Theodosio Iuniore solo Consule.

IMPERATOR CÆSAR MAXIMVS, Pius, Felix, Augustus.

Hic Tarracone in Hispania Imp. appellatus est contra Constantinum in factione Ducis Constantini Gerontij rebellantis, Theodosio Aug. solo Cos. Imperauit in Hispania menses aliquot, vbi etiam eodem Anno occisus est, anno Christi CDXI.


IMPERATOR CÆSAR GERONTIVS, Pius, Felix, Augustus.

Gerontius Dux Constantini Tyranni contra eum rebellans, Maximum in Hispanijs Imperatorem fecit, sed non longe post à Gallicanis militibus cum Maximo trucidatus est in Hispania, Anno Christi CDXI. Theodosio Iuniore Augusto IV. Cos. solo.

Nonichia Gerontij tyranni vxor, ex Britannia oriunda. Hanc, ne incideret in manus hostium, Gerontius, ipsa vxore sic volente & petente, occidit sua manu.

IMPERATOR CÆSAR JOVINVS,
Pius, Felix, Augustus.

NVMMVS AVREVS IOVINI.



Iouinus natione Gallus nobilissimis parentibus ortus, tyrannidem in Gallia contra Honorium Imperatorem arripuit, & à militibus Augustus appellatus, Anno Christi CDXII. Sed non longe post aliquot menses à militibus interemptus est eodem Anno.

IMPERATOR CÆSAR SEBASTIANVS,
Pius, Felix, Augustus.

Sebastianus in Gallia ex nobilissimis parentibus natus, fuit frater Jouini iam dicti, militaribus rebus deditus, qui vna cum fratre à militibus Imperator est salutatus, & non longe post vna cum fratre, tanquam Tyrannus, trucidatus est eodem anno in Gallia tumultu militari, fuit autem iunior fratre Jouino.

IMPERATOR CÆSAR HERACLIANVS,
Pius, Felix, Augustus.

Heraclianus vir nobili genere ortus, multarumque rerũ sciẽtia clarus, qui sua manu Styliconem interfecit, ac propterea ab Honorio Consul & Præfectus magnæ Libyæ & Africæ factus, non diu in fide mansit, sed in Africa tyrannidem occupauit, An. Chr. CDXIII. sociumq;

suæ

suæ defectionis fecit Sabinum generum suum; parata itaq; classe ex quaternis millibus nauium; ad vrbem Romam deprædandam venit, cui cum tota vrbs cum Marino Præfecto occurrisset, in fugam versus est; & paruo nauigio tantum aufugiens Carthaginem venit, vbi vix ingressus vrbem, militari tumultu interemptus est eodem anno.

. . . . . Vxor Heracliani Tyranni sub Arcadio & Honorio Impp. peperit marito filiam . . . . quam Sabino viro claro, & socio tyrannidis in vxorem dedit in Africa.

IMPERATOR CÆSAR SABINVS,
Pius, Felix, Augustus.

Sabinus vir nobilis & impiger, gener Heracliani Tyranni, qui persuasione Heracliani cum eodem tyrannidem inuasit Carthagini in Africa, Anno Christi CDXIII. Post soceri cædem verò Carthaginem etiam fuga peruenit, vt periculo se eximeret; sed mox captus; & Romam ad supplicium missus est; quem Honorius exilio mulctauit, secundum quosdam tamen quoque occisus fertur.

. . . . . Vxor Sabini Tyranni, filia Heracliani Tyranni, quæ marito fuit superstes.

IMPERATOR CÆSAR FLINTHA,
Pius, Felix, Augustus.

Hic ex Comite & Consule in Palæstina Imperium inuasit, & occisus est paulo post tumultu militari, Honorio XII. & Theodosio Iuniore VIII. Coss. Anno Chr. CDXVIII.

IMPERATOR CÆSAR MAXIMVS,
Pius, Felix, Augustus.

Hic etiam in Hispania contra Honorium Imp. pur-

puram induit, & non longe post in Hispania captus, ferro vinctus, & Romam perductus, ac ibi interfectus est, iussu Honorii Imp. Anno Chr. CDXXII.

IMPERATOR CÆSAR IOVIANVS, Pius, Felix, Augustus.

Jouianus in Hispania tyrannidem cum Maximo arripuit, & cum eo occisus est eodem anno.

IMPERATOR CÆSAR FL. IOANNES, Pius, Felix, Augustus.



Hic Rauennæ, mortuo Honorio Imp. Augustus appellatus est ab exercitu rebelli, ex Præfecto Silentiariorum, XIIX. Calen. Septembris, Flauio Asclepiodoto, & Ruffio Prætextato Mariniano Viris Clarissimis Consul. Anno Christi CDXXIII. Imperauit in Occidente annos II. menses II. & dies aliquot. Occisus Rauennæ III. Octobris insidijs Aldaburij & Asparis filij sui, ducum Theodosij Iunioris Imperatoris, Flauiis Theodosio August. XI. & Placidio Valentiniano III. Nob. Cæss. Consul. Anno Christi CDXXV.

IMPE-

IMP. CÆSAR FL. PLACIDIVS VALENTINIANVS III. Pius, Felix, Aug. Cos. VIII.

AVREA MONETA VALENTINIANI.



Natus Rauennæ, patre Constantio Cæsare, matre Placidia Augusta, VI. Nonarum Julij, Flauijs Plinta & Annicio Max. VV.CC. Coss. Anno Christi CDXIX. Cæsar appellatus est à Theodosio Imper. Imperauit Cæsar annum I. & menses aliquot. Augustus appellatus est ab exercitu Occidentis, ex auctoritate Imp. Theodosij Rauennæ, post occisum Joannem Tyrannum. Imperauit in Occidente annos XXIX. menses V. & dies III. cum Theodosio Augusto, annos XXIV. menses IX. dies XIV. cum Marciano Augusto annos IV. menses VII. dies XIIX. Occisus est Romæ XVI. Cal. Aprilis in campo Martio, insidijs Maximi manu Ostillæ & Thraustillæ satellitum Aetij, ipso VIII. & Fl. Anthemio V.C. Coss. anno Christi CDLV. & inter Diuos à Maioriano Imper. relatus est. Vixit annos XXXV. menses VIII. & dies VIII.

JVLIA EVDOXIA vxor Valentiniani III. Imp. filia Theodosij Junioris ex Eudoxia Atheniense Augusta, peperit marito duas filias, Eudoxiam, vxorem Honorici Vandalorum Regis, & Placidiam, vxorem Olybrij Imp. Defuncto marito Valentiniano, aspernata est concubium Maximi Cæsaris, Gensericum vero Vanda-

 lorum

lorum Regem ex Africa euocatum, Romæ ſibi matrimonio copulauit, & cum eodem in Africam abiuit. Poſt Genſerici mortem Conſtantinopolim ſe contulit, ibique interiit.

EVDOXIA, Valentiniani & Eudoxiæ filia, Honoricho Genſerici filio nupſit, quæ cum XVI. annos cum marito in matrimonio perſeueraſſet, poſt Hildericum filium genitum, tandem à mariti conſuetudine, quod is Arrianæ ſectæ addictus eſſet, abhorrens, capta temporis occaſione Conſtantinopolin petiit, inde Hieroſolymam profecta mortem ibi obiit.

IMPERATORES OCCIDENTALES post Placidium Valentinianum III. Auguſtum.

IMP. CÆSAR FL. ANICIVS MAXIMVS, *Pius, Felix, Auguſtus.*



Maximus natus eſt Romæ patre Victore, nepos eius Maximi, q. occiſo Gratiano contra Theodoſium ſeniorem in Galliis inuaſit Imperium. Imperare cœpit Romæ ex Patricio & Senatore, die obitus Valentiniani, XVI. Cal. Aprilis, Valentiniano III. Auguſto VIII. & Fl. Anthemio V.C. Coſſ. Imperauit Romæ menſes II. & dies XXVII. Occiſus eodem Anno à Vandalis, qui Duce Genſerico eorum rege Romam inuaſerant, pridie Idus Iulii, & in Tyberim proiectus, Anno vrbis ∞CCVII. Chriſti CDLV.

CDLV. quo mortuo, in Occidente fuit interregnum dierum XXIIX.

Eudoxia Maximi Imp. coniunx, vidua Valentiniani III. Imp. quam sibi Maximus vi matrimonio iunxit. Contra eum autem ipsa Gensericum Vandalum excitauit, & per hunc Maximum interficiendum curauit. Liberos aliquot ex Maximo suscepit, antequam Imperator fieret. Obiit ante maritum.

IMPERATOR CÆSAR FLAVIVS AVITVS, Pius, Felix, Augustus.

Natus Romæ ex Senatore, in Galliis Imperator appellatus, VI. Iduum Julij, Valentiniano August. VIII. & Anthemio Coss. Imperauit in Occidente menses X. & dies VIII. Captus Placentiæ à Magistro vtriusque militiæ Occidentalis Fl. Ricimero Gotho, coactusque abdicauit XVI. Calend. Junij Flauijs Joanne & Varari Viris Clarissimis Consulibus, Anno vrbis ∞CCVIII. Christi vero CDLVI. & Placentiæ ordinatus est Episcopus. Postquam abdicauit, in Occidente fuit interregnum mens. X. & dierum XV.

. . . . . . Vxor Auiti Imperatoris quæ peperit filium Decium Romanum Senatorem, & Ducem Romanorum contra Euricum Visegothorum regem sub Nepote Imperatore. Ipsa obiit ante maritum, sepulta Romæ.

IMP. CÆSAR FL. IVLIVS VALERIVS MAIO-RIANVS, P.F. August. Cos.

284.





Maiorianus Imp. appellatus Cal. Apr. ex auctoritate Fl. Ricimeris Patricij in campo lapide à Rauenna VI. loco qui dicitur ad Columellas, ex Magistro vtriusque militiæ Occidentalis, Flauijs Constantino & Rufo VV. CC. Coss. anno vrbis ∞CCVIII. Christi CDLVII. Imperauit in Occidente annos IV. menses IV. & dies II. Coactus Dertonæ à Patricio Ricimere abdicauit, IV. Nonarum Augusti, ibiq; occisus est iuxta fluuium Hyram, VIII. Iduum Augusti, Flauiis Seuerino & Dagalaipho VV. CC. Coss. anno vrbis conditæ ∞CCXIII. Christi vero CDLXI. Quo abdicante fuit interregnum in Occidente mensium III. & dierum XVI.

An vxorem habuerit, incertum.

IMP. CÆSAR FL. LIBIVS SEVERVS, Pius, Felix, Augustus.

285.





Seuerus

Seuerus natus est in Lucania. Rauennæ Imp. appellatus, xiii. Cal. Decembris, Flauiis Seuerino & Dagalaipho Viris Clariss. Consulib. Imperauit annos iii. menses viii. & dies xxviii. in Occidente. Obiit Romæ xviii. Calendarum Septembris, Flauiis Herminerico & Basilisco Viris Clarissimis Consulib. Anno vrbis ∞ccxvii. Christi cdlxv. Fuit in Occidente interregnum anni i. mensium vii. & dierum xxvii.

An vxorem habuerit, incertum.

IMPERATOR CÆSAR FL. ANTHEMIVS, Pius, Felix, Augustus, Cos. II.



Romæ creatus pridie Iduum Aprilis, Flauiis Pusæo & Ioanne Viris Clarissimis Consulib. An. vrbis ∞ccxiix. Christi vero cdlxvii. Imperauit in Occidente annos v. & menses iii. Bello ciuili victus à Fl. Ricimere Romæ prope pontem Aelium occisus est, v. Iduum Iulij, Flauijs Festo & Marciano Viris Clariss. Consulibus. Anno vrbis ∞ccxxiv. Christi cdlxxii.

. . . . Augusta vxor Anthemij Imperatoris, filia Marciani Imperatoris, ex qua Marcianus Patricius, Romulus, Procopius, & Anthemia filia nati sunt. Vxor Fl. Ricimeris. Fuit marito superstes.

IMPE-

IMPERATOR CÆSAR SERVANDVS, Pius, Felix, Augustus.

Servandvs in Italia tyrannidem assumere molitus, occisus est tumultu militari.

IMPERATOR CÆSAR FL. RICIMER, Pius, Felix, Augustus.

Fl. Ricimer Gothus V. C. Patricius, tyrannus in Italia, qui obijt Romæ, Festo & Martiano Viris Clarissimis Consulibus.

Anthemia vxor Ricimeris Gothi Tyranni, Anthemij Imp. filia, marito fuit superstes.

IMPERATOR CÆSAR FL. OLYBRIVS, Pius, Felix, Augustus.

Natus Romæ; ibi ex Senatore Imp. appellatus est, studio Patritij Ricimeris, v. Iduum Julij; Flauijs Festo & Martiano Viris Clarissimis Consulibus. Imperauit menses III. & dies XIII. Obijt Romæ x. Cal. Nouemb. iisdem Consulibus Anno vrbis ∞ CCXXV. Christi CDLXXII. Quo mortuo Romæ in Occidente interregnum fuit mens. IV. & dierum XII.

Placidia Olybrij Imperatoris vxor, Valentiniani III. Imp. ex Eudoxia filia, quæ, vt quidam scribunt, fuit mater Olybrij Iunioris Consulis Romani.


IMP. CÆSAR FLAVIVS GLICERIVS, Pius, Felix, Augustus.

Imperator appellatus Rauennæ; III. Nonarum Martij, Fl. Leone Augusto v. Consule solo, Anno vrbis ∞ CCXXIV. Christi CDLXXIII. Imperauit annum I. menses III. & dies XXI. Coactus à Julio nepote abdicauit in portu vrbis Romæ, VIII. Cal. Julij, Fl. Leone Juniore

niore Augusto Cos. solo, Anno vrbis conditæ ∞cc-xxvi. Christi natiuitatis cdlxxiv.

An vxorem habuerit, incertum.

IMP. CÆSAR FL. JVLIVS NEPOS.
Pius, Felix, Augustus.



Imperator creatus est in portu vrbis Romæ, viii. Calend. Iulii, Leone iuniore Aug. Cos. solo. Imperauit annum i. menses ii. & dies iv. Coactus ab Oreste Patricio Rauennæ, abdicauit Zenone Aug. solo Consule, v. Cal. Septembris, Anno vrbis ∞ccxxvii. Christi cdlxxv. Et quinquennio post vii. Iduum Maij, apud Salonas occisus est, Fl. Basilio iuniore V. C. solo Consule, Anno vrbis ∞ccxxxii. Christi cdxxc. Interregnum, eo abdicante, fuit in Occidente, mensium ii. & dierum trium.

IMP. CÆSAR AMBROSIVS AVRELIANVS,
Pius, Felix, Augustus.

Imp. appellatus in Britannia, Anno Domini cdlxxv. vrbis conditæ ∞ccxxvii. non longe post occisus est.



IMPE-

IMPERATOR CÆSAR ROMVLVS MOMYLLVS,
Pius, Felix, Augustus.



Augustulus ob ætatem appellatus: puer enim Rauennæ ab Oreste Patricio, patre suo, Imper. creatus est, pridie Cal. Nouembris: Zenone Augusto solo Consule. Imperauit menses IX. & dies XXIV. Coactus ab Odouacro Herulo, Gothorum rege, Rauennæ abdicauit X. Calend. Septembris, Flauijs Basilisco Augusto II. & Armato V. C. Coss. Anno vrbis ∞CCXXVIII. Christi CDLXXVI. & V. Calend. Septembris Orestes Patricius pater eius Placentiæ occisus est. Cum hoc Augustulo Imperium Romanum in Occidente concidit, Gothis illud obtinentibus, Anno ab Augusti Imperio, & pugna ad Actium, DV. minus diebus X. à Iulio Cæsare, DXXII. Fuit autem Occidens sine Imperatore annos CCCXXIV. menses IV. videlicet vsque ad Imperium Caroli Magni.



GOTHO-

GOTHORVM in Italia Reges.

ODOVACER HERVLVS PRIMVS Gothorum in Italia Rex.

Regnauit annos XVI. menses VI. & dies XI. Creatus X. Cal. Septembris Rauennæ, Flauiis Basilisco Augusto & Armato V. C. Coss. occisus Rauennæ à Rege Theodorico III. Nonarum Martii, Decio Albino & Eusebio Chronione VV. CC. Coss. Anno vrbis ∞CCXLV. Christi CDXCIII.

. . . . . . Vxor Odoacri Heruli Gothorum in Italia regis, quæ peperit marito filium, qui adolescens cum patre Rauennæ obsessus & occisus est à Theodorico rege Italiæ. Obiit ipsa post maritum Rauennæ in Italia.

THEODORICVS STRABO AMALVS, THEODEMIRI N. secundus in Italia Rex.

THEODORICVS Gothorum Rex, regnauit post Odouacrem annos XXXIII. menses VI. & dies XXVIII. Imperare cœpit solus die cædis Odouacris, Rauennæ III. Nonarum Martii. Obiit Rauennæ IV. Nonarum Septemb. Fl. Olybrio Juniore solo Consule, Anno vrbis ∞CCLXXVIII. Christi DXXVI.

ANDELFLEDA vxor Theodorici Gothi regis Italiæ, filia Clodouei regis Francorum, quæ marito peperit filiam Amalasuntam vxorem Theodati regis Italiæ.

. . . . . . Theodorici Gothorum in Italia regis concubina ex qua suscepit duas filias Theadicodenem, vxorem Alarici Visegothorum regis, & Ostrogathonem, vxorem Sigismundi Burgundionum regis. Obiit ante Theodoricum.

ATALARICVS AMALVS III.
in Italia Gothorum Rex.

ÆNEA.

289.





Regnauit annos plus minus VIII. Creatus die obitus aui Theodorici, IV. Nonarum Septembris, Rauennæ. Obiit Rauennæ circa mensem Maium, vel Junium, Justiniano Augusto IV. & Decio Theodoro Paullino V. Clarissimo Consulib. Anno vrbis ∞CCXXCVI. Christi DXXXIV.

THEODAHATVS AMALVS IV.
in Italia Gothorum Rex.

290.





THEODAHATVS regnauit fere biennium. Creatus à Regina Amalasuntha, mense Junio, Rauennæ, Justiniano Augusto IV. & Decio Theodoro Paullino V. C. Coss. Occisus iussu Vitigis, mense Martio, post consulatum Bellisarii V. C. Anno vrbis ∞CCXXCVIII. Christi DXXXVI.

AMA-

. . . . . . Vxor Theodahati Gothorum in Italia Regis prima, quæ peperit filium Theodeselium, quem Vitiges Rex in custodia detinuit, & filiam Theodinam coniugem Ebrimiri Gothorum optimatis; & patritii Byzantini. Ipsa multo ante maritum obiit in Italia.

AMALASVNTHA vxor secunda Theodahati Gothi regis Italiæ, filia Theodorici Regis ex Andelfleda regina, vidua Eutarici Amalonis Hispaniarum regis filii, ex quo susceperat Atalaricum regem Italiæ Gothicum III. Mathasuentam vxorem Vitigis regis Italiæ. Amalasuntha autem à marito in carcerem detrusa est, & paulo post interfecta, vel (vt alii volunt) in balneo strangulata.

. . . . . . Vxor tertia Theodahati Gothorum in Italia regis, quam post Amalasuntham interfectam, duxit, marito fuit superstes.

VITIGES V. GOTHORVM REX IN Italia.

AVREA.

291.





VITIGES regnauit annos plus minus quatuor. Creatus P. C. Fl. Bellisarii V. C. prælio victus, captus est à Bellisario, Constantinopolimq; ad Imperatorẽ Iustinianum captiuus ductus, Fl. Iustino Viro Clarissimo

solo consule, anno vrbis ∞CCXCII. Christi DXL. In eius locum à Gothis suffectus est Veronæ Ildoualdus.

. . . . . . Vxor Vitigis Gothici in Italia Regis prior, quam repudiauit Rex factus, vt posset ducere Mathasuentam Theodahati regis filiam.

MATHASVENTA siue Nasiuntha vxor Vitigis Regis Italiæ, filia regis Hispaniæ Eutharici & Amalasuenthæ, neptis Theodorici Gothi regis, cum marito Constantinopolim à Bellisario captiua traducta, Arimino expugnato. Mortuo Vitige, nupsit Germano fratri Iustiniani, ex quo suscepit filium posthumum Germanum Cæsarem.

ILDOVALDVS VI. GOTHORVM REX.

ÆNEA.

292.





ILDOVALDVS in Italia regnauit annum I. Obiit Fl. Basilio Viro Clarissimo Consule, anno vrbis ∞CCXCVI. Christi DXLI. In eius locum factus est Araricus.

. . . . . . Vxor Jldoualdi Gothorum in Italia regis, mulier pudica & honesta, peperit marito aliquot liberos, quos Bellisarius ad Justinianum Imp. tanquam obsides Byzantium transportauit.

ARARICUS ROGUS VII. IN ITALIA
Gothorum Rex.



Hic regnauit menses plus minus tres, & obiit, in eius locum factus est Totilas.

TOTILAS BADVILLA VIII. GOTHORVM
in Italia Rex.



Qui regnauit annos XI. Creatus circa mensem Maium, anno vrbis ∞CCXCIII. Christi DXLI. In prælio occisus est, XI. anno post Consulatum Fl. Basilii V. C. anno vrbis ∞CCCIV. Christi DLII. In eius locum surrogatus est Thelas.



THELAS IX. ET VLTIMVS GOTHORVM in Italia Rex.

ÆREA.





Qui regnauit annum vnum. Prælio victus, à Narse Duce Justiniani occisus est, Gothique omnes Italia pulsi circa mensem Maium, XII. P.C. Flau. Basilii V.C. anno vrbis ∞CCCV. Christi DLIII. Anno, posteaquam Imperium Occidentale populi Romani in Gothorum potestatem deuenerat, sub rege Odouacre LXXVII.

FL. NARSES V. C. EX CONS. MAGISTER vtriusque militiæ.

Gothis Italia exactis, pro Imperatore Justiniano Augusto Narses Imperium Italiæ tenuit annos XVI. Obiit Romæ, anno Christi DLXVII.

EXARCHI ITALIÆ, PRO Imperatore Constantinopolitano.

FL. LONGINVS PATRICIVS V. C. PRIMVS Italiæ Exarchus.

Anno post Christum natum DLXIX. mortuo Flau. Narse V. C. qui Ducis nomine pro Imperatoribus Orientis

entis Justiniano & Justino Iuniore Augustis ad XVI. annos post Gothos exactos, Italiæ præfuerat, quum Longobardi sub eorum rege Alboino Italiam inuasissent, eodem Anno DLXIX. Fl. Longinus Patricius V.C. Constantinopoli in Italiam à Iustino Iuniore Imperat. missus, in locum Narsis factus est Italiæ Rector, qui Rauennæ Imperii sede firmata, eam Italiæ partem ipse & eius successores pro Imperatoribus Constantinopolitanis sub Exarchi nomine tenuerunt, quam Longobardi inuadere non potuere. Flauius autem Longinus Rempublicam in Itali a administrauit, sub Impp. Cæsaribus Flauiis Justino Iuniore, & Tiberio Constantino Augustis annos XV.

FL. ZMARAGDUS, PATRICIUS V. C.
secundus Italiæ Exarchus.

Missus ab Imper. Mauritio Augusto, anno Domini DXXCIV. in locum Longini, præfuitq; Italiæ sub eodem Imperatore annos III. Reuocatus Constantinopolim Anno Domini DXXCVII. In eius locum factus est

ROMANUS PATRICIUS V. C. III.
Italiæ Exarchus.

Missus Anno Domini DLXXXVII. ab Imp. Mauritio Augusto, sub quo Italiam rexit annos XI. Obiitque Rauennæ, Anno Domini DXCVIII.

ITALIÆ EXARCHI PRO Imperatore Orientis.

FL. CALLINICUS PATRICIUS V. C. IV.
Italiæ Exarchus.

Missus ab Imp. Mauritio Augusto, Anno Domini

DXCVIII. ſub quo Italiæ præfuit annos IV. Reuocatus eſt Anno Domini DCII. In eius locum factus eſt

FL. ZMARAGDVS, PATRICIVS V. C. iterum Italiæ Exarchus.

Miſſus anno Domini DCII. ab Imper. Mauritio Auguſto, ſub quo, & ſub Phoca Imper. Italiæ præfuit annos IX.

FL. JOANNES LEGIMIVS PATRICIVS, V.C. V. Italiæ Exarchus.

Miſſus anno Domini DXI. ab Imper. Heraclio Auguſto, pro quo Italiæ præfuit annos IV. Occiſus Rauennæ tumultu populari anno Dom. DCXV.

ELEVTHERIVS PATRICIVS IMP. CVBICVLarius V.C. VI. Exarchus Italiæ.

Miſſus anno Domini DCXVI. ab Imperatore Heraclio Auguſto, pro quo Rempubl. Italicam adminiſtrauit annos plus minus tres. Occiſus in oppido Luceoli tumultu militari, damnatus criminis affectati Imperii, anno DCXIX.

JSAACIVS PATRICIVS V. C. VII. Italiæ Exarchus.

Miſſus ab Imp. Heraclio Auguſto anno Domini DCXIX. præfuit Italiæ annos XXIII. Obiit Rauennæ anno Domini DCXLI.

THEODORVS CALLIOPA V.C. Patricius VIII. Italiæ Exarchus.

Miſſus ab Imper. Heraclio anno Domini DCXLII. pro

pro quo & Impp. Cæsaribus Constantino IV. & Constante Iuniore, Italiam rexit annos VIII. Reuocatus anno Domini DCL.

OLYMPIVS V. C. IMP. CVBICVLARIVS, IX. Italiæ Exarchus.

Missus ab Imp. Constante Iuniore Augusto, anno Domini DCL. pro quo rem Italicam administrauit annos III. Obiit in Sicilia, anno Domini DCLIII.

THEODORVS CALLIOPA PATRICIVS V. C. iterum Italiæ Exarchus.

Missus ab Imp. Constante Iuniore Augusto, Anno Domini DCLIII. pro quo, vt & eius filio Constantino V. Augusto, Italiæ præfuit annos XXXIV.

IOANNES PLATINA, alias PLATON, PATRICIVS V.C. X. Italiæ Exarchus.

Missus ab Imperatore Iustiniano Iuniore Augusto, anno Domini DCXXCVII. pro quo & pro Flauio Leontio Imp. Italiæ præfuit annos XV.

THEOPHYLACTVS PATRICIVS IMPERAT. Cubicularius V. C. XI. Italiæ Exarchus.

Missus anno Domini DCCII. ab Imp. Tiberio Habsimaro, pro quo, vt & Iustiniano Iuniore Augusto, Italiam rexit annos VIII.

IOANNES TIZOCOPVS, PATRICIVS V. C. XII. Italiæ Exarchus.

Missus ab Imp. Iustiniano Iuniore Aug. anno Dom. DCCX. pro quo Italiç præfuit annos II. & menses aliquot. Obiit Rauennæ anno Domini DCCXII. Mortuo Ioanne Tizocopo Exarcho, sine Exarcho fuit Italia annos II. & menses X.

SCHOLASTICVS PATRICIVS, V. C. XIII.
Italiæ Exarchus.

Missus Anno Domini DCCXV. ab Imperat. Anastasio Augusto Artemio: sub quo, & Theodosio Adramytteno, ac Leone III. Imperatoribus, Italiæ præfuit annos XI. Reuocatus ab Imperatore Leone III. Augusto, Anno Domini DCCXXV. In eius locum factus est

PAVLVS PATRICIVS V. C. XIV.
Italiæ Exarchus.

Missus ab Imperatore Leone III. Augusto, Anno Domini DCCXXV. sub quo Italiæ per biennium præfuit. Occisus est Rauennæ tumultu militari, Anno Domini DCCXXVII.

EVTICIVS PATRICIVS,
XV. Italiæ Exarchus.

Missus ab Imperatore Leone III. Augusto, Anno Domini DCCXXVII. pro quo, & pro eius filio Constantino VI. Copronymo, Italiæ præfuit annos XXIV. Anno Domini DCCLI. Rauenna à Longobardorum Rege Aistulpho capta, Exarchi in Italia esse desierunt, Anno à primo Exarcho Longino CXXCIII. Ab Anno Domini DCCLI. ad Imperium Caroli Magni, sunt anni plus minus L. Ad annum vero Domini DCCLXXIV. in quo à Carolo rege Francorum, victo & capto Desiderio vltimo rege, Longobardorum in Italia regnum defecit, sunt anni plus minus XXIII.

Omnia excerpta sunt ex Paulo Diacono in libro de gestis Longobardorum, & ex Anastasio Bibliothecario in vitis Romanorum Pontificum, à S. Gregorio Papa I. ad Stephanum Papam IV.

LON-

LONGOBARDORVM Reges.

Longobardi, qui & Winnili populi insulæ, vel maximi Continentis Septentrionalis, qui Scandauia, seu Scandinauia insula appellatur: ex ea regione, ab extremis Germaniæ finibus, Oceanique littore egressi sunt more cæterorum Barbarorum Septentrionalium, circa annum Domini cccxxc. sub Ibore & Agione Ducibus: regionemq; Germaniæ Septentrionalis, quæ vocabatur Scoringa, primum aliquot annis: mox ex ea egressi Mauringiam, deinde Rugilandiam Germaniæ Septentrionalis prouincias multis annis coluere.

AGELMVNDVS GVNGINGVS AGIONIS DVCIS Longobardorum filius, primus Longobardorum Rex.

Rex appellatus Anno Domini cccxc. in Rugilandia Germaniæ prouincia. Regnauit annos xxxiii. Occisus in prælio à Bulgaris Anno Dom. cdxxiii.

LAMISSO SECVNDVS LONGOBARdorum Rex.

Creatus in Rugilandia, post obitum Agelmundi, Anno Domini cdxxiii. Regnauit in Rugilandia super Longobardos annos iii. Obiit Anno Domini cdxxvi.

LETHVS, TERTIVS LONGOBARdorum Rex.

Creatus Anno Domini cdxxvi. in Rugilandia. Regnauit annos xl. Obiit in Rugilandia Anno Domini cdlxvi.

GIL-

GILDEOCHVS LETHI F. IV.
Longobardorum Rex.

Creatus Anno Domini in Rugilandia CDLXVI. Regnauit annos IV. Obiit Anno Domini CDLXX.

GEDEOCHVS ADELINGVS, V.
Longobard. Rex.

Creatus in Rugilandia Anno Domini CDLXX. Regnauit annos XII. Obiit Anno Domini CDLXXXII.

CLAFFO ADELINGVS, GEDEOCHI F. VI.
Longobardorum Rex.

Creatus in Rugilandia, Anno Domini CDXXCII. Regnauit annos V. Obiit Anno Domini CDXXCVII.

. . . . . . Vxor Claffonis regis, ex qua ei nati sunt Zachilo Adelingus, &c

TADO ADELINGVS, VII.
Longobardorum Rex.

Creatus in Rugilandia, Anno Domini CDXXCVII. Regnauit annos X. Obiit Anno Domini CDXCVII. occisus à Wachaone fratris filio. Hoc rege Longobardi ex Rugilandia egressi, campos petentes in Germania, qui Felden appellantur, per multos annos coluere.

. . . . Vxor Tadonis regis, ex qua nati sunt Hildechis, Adelingus, & Rumetruda.

WACHAO ADELINGVS ZACHILONIS F.
Claffonis Regis nepos, Rex Longob. VIII.

Creatus in campis Felden, Anno Domini CDXCVII.

XCVII. Regnauit annos XVIII. Obiit Anno Domini DXV.

VXORES WACHAONIS REGIS
Longobardorum.

RANICVNDA, filia regis Thuringorum, prima vxor Wachaonis.

HISTRICOSA, filia regis Gepidarum, ex qua ei nati sunt Wisegarda, vxor regis Francorum Theodoberti, & Valderada, vxor regis Francorum Theobaldi.

SALINGA, Herulorum regis filia, ex qua natus est

WALTARITHVS ADELINGVS IX.
Longobardorum Rex.

Creatus in Campis Felden, Anno DXV. Regnauit annos VII. Obiit Anno Domini DXXII.

ANDOINVS DECIMVS
Longobard. Rex.

Creatus in Campis Felden, Anno Domini DXXII. Regnauit annos XVIII. Obiit in Pannonia Anno Domini, DXL. Hoc rege Longobardi, ex campis Felden egressi in Pannoniam venerunt, An. Domini DXXVI. quam per annos XLII. obtinuerunt.

RODELINDA Andoini vxor, ex qua ei natus est Alboinus Rex.

LONGOBARDORVM in Italia Reges.

ALBOINVS ANDOINI F. PRIMVS
in Italia Longob. Rex.

Creatus in Pannonia, anno Domini DXL. Regnauit

annos XXXI. In Pannonia regnauit annos XXVII. & menses VI. In Italia vero annos III. menses VI. Hoc rege IV. Nonas Aprilis, feria secunda Paschatis, indictione prima, Anno Domini DLXVIII. Longobardi à Narse Patritio inuitati, Pannonia egressi sunt, & in Italiam venerunt eodem Anno, vt eam sibi vendicarent. A quo die Longobardorum in Italia regnum inchoatur. Illam intra triennij tempus, cæsis Romanis Ducibus, pulsisq; præsidiis fere omnem occuparunt. Rex autem Alboinus post egregia facinora, & omnem fere Italiam subactam, Veronæ Kal. Octobris insidijs Rosimundæ vxoris interfectus est, ibiq; sub Palatij scala sepultus, anno Domini DLXXI.

VXORES ALBOINI REGIS.

Clodsuinda, Clotarii Francorum regis filia, ex qua nata est filia Albisinda.

Rosimunda, Chunimundi Gepidarum regis filia, secunda vxor Alboini. Huius insidiis ab Helmige, eius armigero occisus est.

CLEPHIS SECVNDVS LONGOBARD. in Italia Rex.

Creatus Ticini circa Kalend. Octobris Anno Domini DLXXI. Regnauit annum I. menses VI. Occisus à seruo suo circa Kal. Aprilis, Anno Domini DLXXIII. Papiæ, ibique sepultus.

ANSANES vxor Clephis, ex qua ei natus est Flauius Autharis Rex.

Occiso Clephe rege, in regno Longobardorum fuit interregnum annorum X. in quo XXXVI. Longobardorum Duces regnum singillatim per singulas vrbes administrarunt.

Inter

Inter quos Zabanus Ticinum.
Alboinus Mediolanum.
Valarus Bergomum.
Alahis Brixiam.
Comus Tridentum.
Gisulphus Forum Julij, & alij XXX. Duces reliquas vrbes obtinuerunt.

FLAVIVS AVTHARIS, CLEPHIS F. III. Longobardorum in Italia Rex.

Creatus Ticini circa Calen. Martij, Anno Domini DXXCIII. Regnauit annos V. menses VI. Veneno sublatus obiit Nonis Septemb. Papiæ, Anno Domini DXXCVIII. ibique sepultus. Quo mortuo, fuit interregnum mensis I. & dierum XXVI.

THEODELINDA Garibaldi Baioariorum regis filia, vxor Fl. Authari.

FLAVIVS AGILVLPHVS IV. LONGObardorum, in Italia Rex.

Hic ex Duce Taurini maritus & Rex appellatus est à Regina Theodelinda, in oppido Lombardiæ Lumello, Calendis Nouembris, An. Domini DXXCVIII. Confirmatus in regno à principibus Longobardis Mediolani, Cal. Maij, Anno Domini DLXXXIX. Regnauit annos XXV. Solus annos XV. menses VIII. cum filio Aldalualdo annos IX. menses IV. Obiit Ticini Anno Domini DCXIV. ibiq; sepultus.

THEODELINDA vxor relicta regis Autharis, ex qua nati sunt Adalualdus Rex . . . . . filia, vxor Godeschali, & Gundiberga vxor Rodoaldi Longobardorum Regis.

FL. ADALVALDVS, AGILVLPHI REGIS F. V. Longobardorum Rex.

Rex Longobardorum appellatus est Mediolani in

circo à patre Agilulpho, mense Julio Anno Domini DC-IV. Regnauit annos XIX. menses IV. Cum patre regnauit annos IX. mens. IV. Solus regnare cœpit Ticini mortuo patre, Anno Domini DCXIV. Regnauit post patris obitum annos X. Regno exactus est à Longobardorum Ducib. Anno Domini DCXXIV. In eius locum factus est

FLAVIVS ARIOALDVS, VI. LONGObardorum in Italia Rex.

Creatus Anno Domini DCXXIV. Regnauit annos XII. Obiit Anno Domini DCXXXVI.

FLAVIVS ROTHARIS HARODVS, VII. Longobardorum in Italia Rex.

Creatus Ticini, Anno Domini DCXXXVI. Regnauit annos XV. menses IV. Obiit Modoetiæ, Anno Domini DCLI. Ibique in Basilica S. Joannis Baptistæ sepultus.

. . . . . Vxor, ex qua ei natus est

FLAVIVS RODOALDVS, VIII. IN ITALIA Longobardorum Rex.

Creatus Anno Domini DCLI. Regnauit annos V. & dies VII. Occisus Anno Domini DCLVI.

GVNDIBERGA, AGILVLPHI Longobardorum Regis filia, vxor Rodoaldi, fuit marito superstes.

FL. ARIBERTVS, GVNDOALDI F. GARIbaldi Baioariorum regis nepos, IX. Longobardorum in Italia Rex.

Ex comite Astensi creatus Rex an. Domini DCLVI. Regnauit annos IX. Obiit Ticini anno Domini DCLXV. Ibiq; sepultus in templo sancti Saluatoris, à se constructo.

. . . . . Vxor Ariberti Regis, ex qua ei nati sunt Gundebertus, & Pertarithus, Longobardorum Reges, filiaque . . . . . vxor Grimoaldi Longobardorum Regis.

FL.

FL. GVNDEBERTVS, ARIBERTI Regis F. X. Longob. in Italia Rex.

Creatus Ticini, anno Domini DCLXV. Regnauit Ticini annum I. menses III. Occisus Ticini à Grimoaldo Beneuentano Duce, anno Dom. DCLXVI.

. . . . . Vxor Gundeberti Regis, ex qua ei natus est filius Ragunbertus, rex Longobardorum.

FL. PERTHARITVS ARIBERTI F. Longobardorum in Italia Rex.

Rex Longobardorum cum fratre Gundeberto creatus, anno Domini DCLXV. Regnauit Mediolani annum I, & menses III. Regno exactus est à Grimoaldo, anno Domini DCLXVI.

FL. GRIMOALDVS ARICHIS Beneuentani Ducis F. Rex XI.

Ex duce Beneuentano, Ticini Longobardorum Rex appellatus anno Domini DCLXVI. Hundeberto occiso, & Pertharito fugato, Regnauit annos IX. Obiit Ticini anno Domini DCLXXV. Sepultus in templo Sancti Ambrosij à se extructo.

. . . . . Vxor Grimoaldi, ex qua ei nati sunt Romualdus Beneuentanorum Dux, Gisa, & filia . . . . . Vxor Thrasimundi, Comitis Capuani.

. . . . . Secunda vxor Grimoaldi Regis, filia Ariberti Longobardorum Regis, ex qua natus est

GARIBALDVS XII. LONGOBARDORVM in Italia Rex.

Creatus anno Domini DCLXXV. Ticini, regnauit menses III. Regno exactus adhuc infans, eodem an. Domini DCLXXV. à Pertharito.

PERTHARITVS ARIBERTI REGIS F. XIII. Longobardorum Rex.

Restitutus in regnum anno Domini DCLXXV. Re-

gnauit annos XVIII. Solus annos VIII. cum filio Cunïberto annos X. Obiit Ticini anno Domini DCXCIII.

RODELINDA, ex qua ei natus est,

FLAVIVS CVNIBERTVS XIV.
Longobardorum in Italia Rex.

Rex à patre appellatus Ticini, anno Dom. DCXXCII. Regnauit annos XXII. Cum patre annos X. solus regnare cœpit post patris obitum Ticini, anno Domini DCXCIII. Regnauit post patrem annos XII. Obiit Ticini anno Domini DCCV. Sepultus in templo S. Saluatoris iuxta auum.

HERMILINDA, filia Regis Anglosaxonum, ex qua natus est Liutbertus Rex Longobardorum.

ALAHIS TYRANNVS.

Hic ex Duce Tridentino regnum contra Cunibertum Regem inuasit, & non longe post prælio victus, occisus est.

LIVTBERTVS CVNIBERTI F. XV.
Longobard. in Italia Rex.

Rex creatus Ticini post patris obitum, anno Domini DCCV. Regnauit menses VIII. Regno exactus anno Domini DCCVI. à Ragumbertho, & Anno sequenti ab Ariberto Juniore occisus est.

FL. RAGVMBERTVS GVNDEBERTI F. ARIBERTI
Regis nepos, Rex Longob. XVI.

Ex Duce Taurinate, exacto Luitberto regnum inuasit, anno DCCVI. Regnauit menses III. Obiit eodem anno DCCVI.

. . . . Vxor Ragumberti regis, ex qua ei nati sunt Gumbertus &

FL. ARIBERTVS JVNIOR XVII.
Longobard. in Italia Rex.

Creatus anno Dom. DCCVI. Ticini, mortuo patre, Regnauit annos XII. Obiit Ticini anno Dom. DCCXIIX. ibiq; sepultus. . . . Vxo-

. . . . . Vxor, ex qua ei nati sunt tres filii, videli-
Ragimbertus, Dux Aurelianensis . . . . . & . . . . .

ASPRANDVS XVIII. LONGOBARD.
in Italia Rex.

Creatus anno DCCXVIII. Regnauit menses III. Obiit Ticini eodem anno. Sepultus in Basilica sancti Hadriani martyris.

THEODERATA vxor Asprandi, ex qua nati sunt Sigebrandus Auruna &

LIVTHBRANDVS XIX. LONGOBARD.
in Italia Rex.

Creatus Ticini, anno Domini DCCXVIII. Regnauit annos XXV. menses VII. Obiit Ticini anno Domini DCCXLIII. Sepultus in Basilica sancti Hadriani.

HVNTRVDA Theodoberti Baioariorum Ducis filia, vxor Luidprandi, ex qua ei nata est. . . . filia.

HILDEBRANDVS XXX. LONGOBARD.
in Italia Rex.

Creatus viuente Liuthprando: hoc mortuo, mox regno exactus & in eius locum factus est

RACHIS REMMONIS F. XXXI.
Longobard. Rex.

Rex appellatus Ticini, ex Duce Fori Julii, an. Domini DCCXLIII. Regnauit annos V. menses VI. Sponte abdicauit, an. Domini DCCXLIX. & Cassini monachus factus est.

Thesia vxor, ex qua ei nata est filia Rothruda.

AISTVLPHVS REMMONIS F. XXXII.
Longobardorum Rex.

Creatus abdicante fratre suo Rachi, anno Domini DCCXLIX. Regnauit annos VII. Obiit in venatione anno Domini DCCLVI.

DESIDERIVS VLTIMVS LONGOB.
in Italia Rex.

Creatus Rex ex stabuli comite & duce . . . . . anno

Domini DCCLVI. Regnauit annos XVIII. Prælio victus, & captus mense Maio, anno Domini DCCLXXIV. à Carolo Magno Francorum rege, in exilium actus est.

. . . . . Vxor Desiderii Regis, ex qua ei nati sunt Adelgisius, & Aspranandus.

Anno Domini DCCLXXIV. mense Maio, Longobardorum Rege Desiderio capto, Ticinoque regni Metropoli in deditionem accepta, Longobardorum regnum defecit, factumq; est sub Francorum ditione, anno postquam Longobardi Italiam occupauerant CCVI. & mense primo.

Omnia excerpta sunt ex Paulo Diacono in libro de gestis Longobardorum, & Anastasio Bibliothecario in vitis Romanorum Pontificum, à sancto Gregorio Papa primo, ad Stephanum Papam quartum.

FINIS LIBRI PRIMI.



ROMA-

ROMANORVM PRINCIPVM LIBER SECVNDVS, IN QVO CONSTANTINOPOLITANI Orientales post Theodosium iuniorem Aug. continentur.

IMP. CÆSAR FL. VALERIVS MARCIANVS, Pius, Felix, Augustus.

296.





Marcianus Imp. natus est in Illyrico. Imperare cœpit Constantinopoli, ex tribuno post mortem Theodosij Junioris, Aug. Valentiniano Aug. VII. & Gennadio Valerio Coruino Anieno V.C. Coss. An. vrbis ∞CCII. Christi CL. V. Cal. Augusti. Imperauit in Oriente annos VI. mens. VI. cũ Valentiniano Aug. annos IV. mens. VII. & dies XVIII. Solus annum vnum, mens. X. & dies X. Obiit Constantinopoli VII. Cal. Februarij, Flauiis Constantino & Rufo VV. CC. Coss. Anno vrbis ∞CCVIII. Christi CLVII. ibique sepultus ad Basilicam Apostolorum.

Vxor

. . . . . . Vxor prima, ex qua nata est ei . . . . filia, vxor Anthemij Imp. Obijt antequam maritus à Pulcheria ad Imperij fastigium eueheretur.

ÆLIA PVLCHERIA Vxor Marciani Imperatoris, quę tamen virginitatem perpetuo conseruauit, filia Archadij Imp. ex Eudoxia. Fratrem Theodosium iuniorem erudiit: Marcianum ad imperium euexit, sibiq; copulauit ea lege, ne virginitatem suam læderet: Benefica fuit in pauperes. Obiit tertio imperij Marciani anno. Sepulta Byzantij in æde XII. Apostolorum: condidit templum Blachernense Byzantij.

AVREA.



IMPERATOR LVCIVS AVRELIVS TITIANVS, Pius, Felix, Augustus.



Titianus & Iulius fratres non fuerunt Imperatores, neque tyrannidem occupauerunt, sed à Martiano Imperatore, ob quædam in se beneficia, alter Constantinopoli,

nopoli, alter, Titianus scilicet, Illyricis præfectus est. Nam cum Martianus in Lycia prima stipendia mereret, & illic ægritudine oppressus esset, eum abeuntem viatico ducentorum argenteorum (omnia enim consumpse rat) prosecuti sunt. Cuius beneficij memor Martianus, iam Imperator factus, vtrumque ad eas dignitates euexit.

IMP. CÆSAR FL. LEO, PIVS, FELIX, Augustus, Cos. V.



Leo Imp. natus est in Thracia, aliâs Dacia Illyrica. Imperare cœpit Constantinopoli ex Tribuno, mortuo Marciano Imp. VII. Cal. Febr. Flauiis Constantino & Ruffo VV. CC. Coss. Imperauit in Oriente annos XVII. minus aliquot diebus. Solus annos XVI. cum filio Leone iuniore Augusto annum plus minus vnum. Obiit Constantinopoli mense Ianuario, Leone Iuniore Augusto solo Cos. ibiq; ad Basilicam Apostolorum sepultus, anno vrbis ∞CCXXV. Christi CDLXXIV.

BERINA siue VERINA vxor Leonis Imperatoris, soror Basilisci Cæsaris. Ex marito peperit filias duas, Ariadnem & Leontiam. Mortuo marito contra generum Zenonem ad imperium euexit Basiliscum fratrem, quamobrem à Zenone in exilium in Ciliciam deportata est. Obiit deinde in munitione quadam, quæ Papyrii nominata fuit.

ARDA-

ARDABVRIVS NOBILISSIMVS CÆSAR.

Hic filius fuit Asparis Patricii, cuius opera Leo Imp. factus est, quare eius filium Ardaburium Cæsarem creauit Constantinopoli . . . & Rufo Viris Clariss. Consulibus, Anno vrbis ∞ccviii. Christi cdlvii. Imperauit cum Leone annos xiv. Occisus est cum patre Aspare, & fratre Patritio Constantinopoli, Leone Augusto iv. & Fl. Probiano V. C. Coss. Anno vrbis ∞ccxxiii. Christi cdlxxi.

IMPERATOR CÆSAR FL. LEO JVNIOR, Pius, Felix, Augustus.



Leo Junior Imp. natus est Constantinopoli. Appellatus est ab auo materno Leone Augustus Constantinopoli, eodem Leone auo suo August. solo v. Consule, Anno vrbis ∞ccxxv. Christi cdlxxiii. Imperauit annum plus minus vnum. Obiit anno sequenti, se primum solo consule Constantinopoli, ibique sepultus.

IMP.

IMP. CÆSAR FLAVIVS ZENO,
Pius, Felix, Augustus.

AVREA.



ZENO natus in Isauria, ante Imperium appellabatur Aricmesus. Imperare cœpit cum filio Leone Juniore Augusto Constantinopoli, ab eo Imperator appellatus mense Januario, Leone Juniore Augusto solo Cos. Anno vrbis conditæ ∞ccxxv. Christi cdlxxiv. Imperauit annos xvii. menses ii. & dies vii. . . . . . . Obiit Constantinopoli viii. Idus Apr. ibique sepultus. Fl. Olybrio iuniore solo Cos. Anno vrbis ∞ccxlii. Christi cdxc.

ARIADNA Leonis Imperatoris ex Berina filia, Zenonis vxor. Hæc maritum suum, cum ebrietati deditus temulentusque adeo esset, vt nihil à mortuo differret, multo oneratum vino, moribundum quasi iacentem, veluti mortuum sepulcro, quo Reges reponebantur, inferri iussit, addito ingenti lapide, qui eum tegeret. Qui postquam resipuit, & ebrietas soluta est, magnos dedit eiulatus & clamores, nullo opem ferente in eo sepulchro mori coactus est.



IMP. CÆSAR FLAVIVS BASILISCVS,
Pius, Felix, Augustus.



BASILISCVS natus eſt in Thracia. Imperare cœpit Conſtantinopoli cum Marco filio ſuo Cæſare appellato, pulſo Zenone, Zenone Aug. II. ſolo Coſ. Anno vrb. ∞ CCXXVII. Chriſti CDLXXV. Imperauit annum I. & menſes aliquot. Coactus anno ſequenti à Zenone Imp. abdicauit, ſe & Fl. Armato Coſſ. In exiliumque actus paulo poſt in villa Acuſo Cappadociæ fame necatus eſt cum vxore Zenonide & filio Marco.

ZENONIS, alias Xenodina vxor Baſiliſci Imp. peperit ei filium Marcum. Primo Imperij die ab eo Auguſta appellata fuit, & cum eodem relegata fame frigoreque periit.


MARCVS NOBILISSIMVS CÆSAR.
AVREA.



Qui cum patre imperauit annum vnum & menſes aliquot, & cum eo occiſus.

FL.

FL. BASILISCVS ARMATI F.
Nobiliſ. Cæſar.



Cæſar à Zenone Imp. appellatus, Imp. Cæſ. Fl. Baſiliſco Aug. & Fl. Armato Coſſ. An. vrbis ∞ ccxxviii. Chriſti cdlxxvi. Coactus poſt aliquot annos à Zenone Imp. abdicauit, & monachus factus eſt.

IMPERATOR CÆSAR FL. MARTIANVS, Pius, Felix, Auguſtus.



Hic filius fuit Anthemij Imp. ex filia Martiani Augusti, qui Conſtantinopoli contra Zenonem Imperium arripuit, opera fratrum ſuorum Romuli & Procopii, poſt conſulatum Baſiliſci Imper. & Armati, Anno vrbis ∞ccxxix. Chriſti cdlxxvii. Imperauit autem aliquot menſes, eodemque Anno coactus à Zenone Imp. abdicauit. Presbyter tandem ordinatus, & relegatus eſt in caſtellum Papyrii, &c.

Leontia vxor Martiani Cæsaris, filia Leonis Magni Imper. & Verinæ Augustæ, cælebs, post maritum in Chaicum mutatum, vixit, & sine sobole interijt.

IMPERATOR CÆSAR FLAVIVS LEONTIVS, Pius, Felix, Augustus.

306.





Imp. appellatus in Oriente contra Zenonem Tharsi Ciliciæ auxilio Illi & Marsi Isaurorum, Theodorico rege & Venantio Decio Coss. Anno vrbis ∞ccxxxvi. Christi cdxxciv. Imperauit in Oriente contra Zenonem annos plus minus iv. Occisus in Papyrio Isauriæ castello, cum Illo & Marso Ducibus iussu Zenonis Imp. Dinamio & Sifidio Coss. Anno vrbis ∞ccxl. Christi cdxxciix.

. . . . . Vxor Leontij Tyranni qui contra Zenonem Imp. Imperium inuasit. Eius proditione ipse Leontius maritus in Castello Papyrij à Zenonis exercitu captus & occisus est. Ipsa marito superstes fuit.

Flavivs Illvs }
& } tyranni, cum Leontio in Oriente.
Marsvs }

IMP.

IMP. CÆSAR FL. ANASTASIVS DICORVS, Pius, Felix, Aug. Cos. III.

ÆNEA.





Anastasius Imp. natus est Epidamni, alias Dyrrachij, in Illyrico, Theodosio XIII. & Valentiniano III. Augustis Coss. Anno vrbis ∞CXXCII. Christi CDXXX. Imperare cœpit Constantinopoli, nondum Senator, ex Silentiario VII. Idus Aprilis, FL. Olybrio Iuniore Cos. Anno vrbis ∞CCXLII. Christi CDXCI. Imperauit in Oriente annos XXVII. menses III. & dies III. Obiit Constantinopoli VI. Idus Iulij, Magno & Florentio VV. CC. Coss. Anno vrb. ∞CCLXX. Christi DXVIII. ibique sepultus. Vixit annos XXCVIII.

Ariadna vxor Anastasij Imp. vidua Zenonis Imperatoris, filia Leonis Magni, & mater Leonis Iunioris, maritum Zenonem viuum monumento inclusit, ac Anastasium ad Imperium euexit, eiq; nupsit. Obiit Anno Domini DXVI. sepulta prope Anastasium Byzantij in templo SS. Apostolorum.

. . . . Anastasij Imperatoris concubina, ex qua filium naturalem . . . . . suscepit, qui Byzantii in seditione occisus est.



IMPERATOR CÆSAR THEOCRITVS,
Pius, Felix, Augustus.

Imp. Constantinopoli contra Justinum, studio Amantij primi Cubicularij & Præpositi palatij, & Andreæ Cubicularij, appellatus est, Magno & Florentio Coss. Anno vrbis ∞CCLXX. Christi DXVIII. paulo post iussu Justini omnes eodem Anno Constantinopoli cæsi sunt.

IMP. CÆSAR FL. ANICIVS JVSTINIANVS,
P. F. perpetuus August. Cos. IV.

309.





Justinianus Imp. natus est in Illyrico, sororis Justini filius, in vrbe Bedirina, Anicio Fausto V.C. sine collega consule: Anno vrbis ∞CCXXXV. Christi CDXXCIII. Imperatorà Justino Augusto auunculo suo appellatus est Constantinopoli, Cal. Apr. Fl. Mauortio V.C. sine collega Cos. an. vrb. ∞CCLXXVIII. Christi DXXVII. Imperauit cum Justino Aug. menses IV. Imperare cœpit solus die obitus Justini Imp. videlicet Cal. Augusti eiusdem anni. Imperauit annos XXXVIII. menses III. & dies XIII. In vniuersum annos XXXIIX. mens. VII. & dies XIII. Obiit Constantinopoli Idib. Nouemb. ibique sepultus XXIV. post consulatum Fl. Basilij V.C. An. vr. conditæ ∞CCCXVII. Chr. DLXV. Vixit annos LXXXIII.

THEODORA Justiniani Imp. vxor, mulier sapientissima, quæ marito ob senectutem delirante Remp. maxime

ximegubernauit. Vigilium Papam in carcerem conie-cit, pane & aqua illum pascens per aliquot dies. Templum SS. Apostolorum extruxit. Obijt cum annos XXI. menses III. in Imperio exegisset. Fuit subditis grauis in tributis exigendis. Ei fuisse filiam perhibetur ex Iustiniano, cuius nomen non extat.

IVLIANVS NOBILISSIMVS CÆSAR.

A V R E A.



IVLIANVS tyrannidem assumens in Palæstina, non longe post occisus est, Anno vrbis ∞CCXXCI. Christi DXXIX. Lampadio & Oreste Consulibus, consobrini nepotes Imp. Anastasij.

HYPATIVS, POMPEIVS, ET PROBVS, Nobiliss. Cæsares.

Imperatores Constantinopoli tumultu populari creati, bellum ciuile Iustiniano mouerunt Cal. Ianuarij II. post. Cons. Lampadij & Orestis VV.CC. Anno vrb. ∞ CCXXCIV. Christi DXXXII. & eodem Anno V. Imperij die omnes iussu Iustiniani Imp. occisi sunt, & cadauera eorum in mare proiecta.

MARIA vxor Hypatij Cæsaris, prudentissima matrona, quæ rogauit maritum, ne Imperium arriperet, prædicens ei mortem, sicuti & accidit. Habuit liberos, superstesq; fuit marito. Vxor

. . . . Vxor Pompei Tyranni contra Iustinianum, ex marito peperit aliquot liberos, quam Iustinianus Imperat. non solum nulla iniuria affecit, sed & pristinæ dignitati restituit. Ipsa marito superstes fuit.

IMPERATOR CÆSAR STROZAS, Pius, Felix, Augustus.

STROZAS tyrannidem in Africa Bellisario V. C. Cos. Anno vrbis ∞ccxxcvii. Christi DXXXV. arripuit, imperauitque annos plus minus x. Occisus est in Africa, IV. P. C. Basilij V. C. Anno vrbis ∞ccxcvii. Christi DLXV.

. . . . Vxor Strozæ Tyranni, qui in Africa Imperium inuasit contra Iustinianum Imp. fuit filia principis in Mauritania. Marito superstes mansit.

IMP. CÆSAR JOANNES SCOTISTIS, Pius, Felix, Augustus.

JOANNES SCOTISTIS tyrannus in Oriente factus, paulo post apud Daras occisus est. II. P. C. Belisarij V. C. Anno vrb. ∞ccxxcix. Christi DXXXVII.

IMPP. CÆSS. STROZAS IVNIOR, ET Guntharius, P. F.

Hi tyrannidem in Africa inuaserunt, & paulo post occisi sunt, VI. P. C. Basilii V. C. anno vrbis ∞ccxcix. Christi DXLVII.



IMP.

IMP. CÆSAR FL. IVSTINVS IVNIOR, Pius, Felix, Augustus.

ÆNEA.

311.





Natus est Justinus Junior Constantinopoli, ex filia Justiniani Imper. Imperare cœpit Constantinopoli Idibus Nouembris, die obitus Justiniani, ex Curopalate, videlicet procuratore palatij XXIV. P. C. Flau. Basilij V. C. Anno vrbis ∞CCCXVII. Christi DLXV. Coronatus à Joanne Patriarcha. Imperauit annos XIII. menses X. diesque XX. Solus annos IX. cum Tiberio Constantino Cæsare annum I. menses X. diesque XX. Obiit Constantinopoli, ibiq; sepultus VI. Nonas Octobris, Anno Christi DLXXVI. post consulatum suum Anno IX.

SOPHIA vxor Justini II. Imp. quam maritus adeo amauit, vt portum & ædes regias à se extructas de ipsius nomine appellaret Sophiada. Moriens eam Tiberio in Imperio successori commendauit, qui eam matris instar coluit. Ipsa ære alieno oppressos liberauit, pro eis satisfaciens creditoribus.

JVSTI-

IVSTINVS NOBILISSIMVS CÆSAR.



Creatus à Juſtino Auguſto, cuius propinquus erat, Anno Chriſti DLXVI. Paulo poſt coactus abdicauit, & Alexandriam in exilium miſſus ibidem occiſus eſt, poſt conſulatum Flauij Baſilij V. C. Anno XXV.

IMP. CÆSAR FL. TIBERIVS CONSTANTINVS, *Pius, Felix, Auguſtus.*



Imp. Tiberius natus eſt in Thracia, Cæſar appellatus eſt à Juſtino Imp. ex comite excubitorum Idib. Nouembris, Anno Domini DLXXIV. poſt conſulatum Imp. Juſtini, Anno VII. Imperauit cum Juſtino Imperatore annum I. menſes X. dies XX. Auguſtus appellatus eſt VI. Nonas Octobris die obitus Juſtini Auguſti, coronatus ab Eutychio patriarcha Conſtantinopolitano, Anno Domini DLXXVI. P.C. Juſtini Junioris Auguſti Anno

no IX. Imperauit annos VI. menſes X. & dies VIII. Solus annos III. menſes IX. cum Mauritio & Germano Cæſaribus annos III. menſem I. dies X. Obiit Conſtantinopoli IV. Idus Auguſti, poſt conſulatum ſuum anno III. Chriſti vero DXXCIII. ibique ſepultus.

ANASTASIA Tiberij Conſtantini Imp. vxor, duas peperit marito filias, Charitonem ſponſam Germani Cæſaris, & Conſtantinam Mauritii Imp. thalami conſortem. Obiit Anno vndecimo poſt maritum, nempe Anno Chriſti DXCIV. iuxta eundem Byzantij ſepulta in Heroe.

FL. IVSTINIANVS, NOB. CÆSAR.


AVREA.



Juſtini Junioris Imp. nepos, creatus à Tiberio, fuit initio Imp. ſui, & non longe poſt ab eodem Imp. coactus abdicauit, Anno Chriſti DLXXVI.

FL. GERMANVS NOB. CÆSAR.

ÆNEA.




Z Hic

Hic cum eſſet gener Tiberij Imp. ab eo cum Mauricio Cæſar creatus eſt Kal. Julij, Anno Chriſti DXXC. Tiberio Imper. ſine collega Conſ. Imperauit annos III. menſem I. & dies aliquot. Obiit Conſtantinopoli circa Kalendas Auguſti, Anno Domini DXXCIII. paulo ante mortem Imp. Tiberii, ſolusq; Imperio potitus eſt Mauritius.

Charito vxor Germani Cæſaris, filia Tiberii Conſtantini Imp. & Auguſtæ Anaſtaſiæ, peperit filium patri cognominem: ſuperſtes fuit marito.

IMP. CÆSAR FL. TIBERIVS MAVRITIVS, P. F. perpetuus Aug.



Mauritius Imp. natus eſt Romæ, Anno Dom. DXL. Fl. Juſtino V. C. ſolo conſule, oriundus ex Arbiſſo vrbe Cappadociæ, qui à Tyberio, ex Præfecto Prætorii Orientis, Conſtantinopoli, cum Germano, gener adſcitus, & Cæſar appellatus eſt Kal. Julij. Anno Chr. DXXC. Imperauit cum eo annos III. menſem I. & dies X. Auguſtus appellatus eſt Conſtantinopoli, die obitus Tiberii Imp. IV. Idus Auguſti, coronatus à Ioanne IV. Jeiunatore Patriarcha, anno Domini DXXCIII. poſt conſulatum Imp. Tiberij, Anno III. Imperauit annos XIX. menſes III. & dies XI. Solus annos VII. menſes VIII. & dies V. Cum Theodoſio Auguſto filio ſuo annos XI. menſes VII. & dies VI. Coactus, XIV. Kalend. Decembris, cum filio Imperio abdicauit, & prope Chalcedonem in Eutropio

portu

portu Bithyniæ, cum quinque filijs iussu Phocæ occisus est, VIII. Calend. Decembris, Anno Christi DII. se XII. sine collega Cos. Vixit annos LXIII. Quo occiso, Petrus frater eius primum, mox vxor cum tribus filiabus, demum omnes propinqui eius, à tyranno Phoca, qui imperium inuaserat, in eodem loco, quo & ipse, interfecti sunt, sepultiq; omnes eodem tumulo ab Eunucho Pharsamane ad S. Mammantem in suburbio Constantinopolis.

CONSTANTINA Vxor Mauritij Imperatoris, filia Tiberij Constantini Imperatoris, & Anastasiæ Imperatricis, quæ ex marito nouem suscepit liberos, Theodosium, Tiberium, Constantinum, Justinianum, Justinum & Mauritium, item tres filias. Ipsa cum marito & liberis trucidata fuit à Phoca Tyranno Imperatore, & in regno successore, Anno Domini DCII. die VIII. Cal. Decembris, sepulta cum iisdem ad S. Mammantem in suburbio Byzantino à Pharsamane Eunucho.

IMPERATOR CÆSAR FL. MAVRITIVS Iunior, F. Mauritii Imp. P. F. Aug.

ÆNEA.





Hic filius fuit Mauritij Imp. & ab eodem Cæsar declaratus. Imperauit aliquot menses cum patre, & fratre Theodosio, sed paulo post obiit An. Domini DXXCVIII.

LEONTIA vxor Martiani Cæsaris, filia Leonis Magni Imper. & Verinæ Augustæ, cælebs, post maritum in Chaicum mutatum, vixit, & sine sobole interijt.

IMPERATOR CÆSAR FLAVIVS LEONTIVS, Pius, Felix, Augustus.

306.





Imp. appellatus in Oriente contra Zenonem Tharsi Ciliciæ auxilio Illi & Marsi Isaurorum, Theodorico rege & Venantio Decio Coss. Anno vrbis ∞CCXXXVI. Christi CDXXCIV. Imperauit in Oriente contra Zenonem annos plus minus IV. Occisus in Papyrio Isauriæ castello, cum Illo & Marso Ducibus iussu Zenonis Imp. Dinamio & Sifidio Coss. Anno vrbis ∞CCXL. Christi CDXXCIIX.

. . . . . Vxor Leontij Tyranni qui contra Zenonem Imp. Imperium inuasit. Eius proditione ipse Leontius maritus in Castello Papyrij à Zenonis exercitu captus & occisus est. Ipsa marito superstes fuit.

FLAVIVS ILLVS }
& } tyranni, cum Leontio in Oriente.
MARSVS }

IMP.

IMP. CÆSAR FL. ANASTASIVS DICORVS, Pius, Felix, Aug. Cos. III.

ÆNEA.

307.





Anastasivs Imp. natus est Epidamni, alias Dyrrachij, in Illyrico, Theodosio XIII. & Valentiniano III. Augustis Coss. Anno vrbis ∞CXXCII. Christi CDXXX. Imperare cœpit Constantinopoli, nondum Senator, ex Silentiario VII. Idus Aprilis, FL. Olybrio Juniore Cos. Anno vrbis ∞CCXLII. Christi CDXCI. Imperauit in Oriente annos XXVII. menses III. & dies III. Obiit Constantinopoli VI. Idus Julij, Magno & Florentio VV. CC. Coss. Anno vrb. ∞CCLXX. Christi DXVIII. ibique sepultus. Vixit annos XXCVIII.

Ariadna vxor Anastasij Imp. vidua Zenonis Imperatoris, filia Leonis Magni, & mater Leonis Junioris, maritum Zenonem viuum monumento inclusit, ac Anastasium ad Imperium euexit, eiq; nupsit. Obiit Anno Domini DXVI. sepulta prope Anastasium Byzantij in templo SS. Apostolorum.

. . . . Anastasij Imperatoris concubina, ex qua filium naturalem . . . . . suscepit, qui Byzantii in seditione occisus est.



IMPP. CÆSS. LONGINVS ISAVRVS, FRATER *Zenonis Imperatoris* & ATHENODORVS ISAVRVS.

Hi tyrannidem in Isauria arripientes, bellum ciuile Anastasio Imp. mouerunt, Anastasio Aug. & Rufino Coss. Anno vrbis ∞ccxliv. Christi cdxcii. Imperarunt simul in Isauria annos v. & menses aliquot, cum quibus diu vario euentu pugnatum fuit, tandem à Joanne Scytha in prælio capti, ambo capitibus cæsi sunt, Anastasio Aug. ii. solo Cos. An. vrbis ∞ccxlix. post Natalem Christi cdxcvii. quorum capita Constantinopolim illata sunt.

IMP. CÆSAR LONGINVS SELINVNTEVS, *Indus, Isaurus.*

Hi superiorum socii, post eorum cædes tyrannidem sibi vendicarunt in Isauria: prælio victi & capti sunt à Joanne Cyrto Duce, Constantinopolimque missi, apud Nicæam Bithyniæ occisi sunt, Joanne Scytha & Decio Paulino Viris Clarissimis Consulibus, Anno vrbis ∞ccl. Christi cdxcviii.

VITALLIANVS THRAX CÆSAR, *Pius, Felix.*

Hic purpuram assumpsit in Thracia, & bellum ciuile Anastasio Imp. mouit M. Aurelio Cassiodoro senatore V.C. Cos. sine collega, Anno vrbis ∞cclvi. Christi dxiv. Imperauit annos plus minus vi. & occisus est Constantinopoli sub Justino Imp. se & Flauio Rustico Coss. Anno vrbis ∞cclxxii. Christi dxx.

IMP. CÆSAR FL. VALERIVS IVSTINVS, Pius, Felix, Augustus, Cos. II.

ÆNEA.

508.





IVSTINVS Imp. natus est in Thracia obscurissimis parentibus. Imperare cœpit Constantinopoli, mortuo Anastasio Imp. ex senatore & Duce aulicorum ordinum à suis satellitibus Imp. appellatus, VI. Idus Julij, die obitus Anastasij Imper. Imperauit annos IX. & dies XXIV. Solus annos VIII. menses VIII. & dies XXIII. cum Justiniano nepote suo Aug. menses IV. Obiit Constantinopoli Cal. Augusti, Fl. Mauortio Viro Clarissimo solo Consule. Anno VR. ∞CCLXXIX. Chr. DXXVII. ibique sepultus.

VXORES IVSTINI IMPER.

LVPICIA vxor Valerij Iustini prima, quæ vbi coronata fuit, etiam Euphemiæ nomen accepit. Obiit quinque ante maritum annis Byzantij, Anno vrbis conditæ ∞CCLXXIV. Christi DXXII. Sepulta prope maritum in æde SS. Apostolorum.

THEODORA altera Valerij Iustini vxor, marito superstes, sine sobole obiit Byzantij & sepulta est prope maritum.

IMPERATOR CÆSAR THEOCRITVS,
... Pius, Felix, Augustus.

Imp. Constantinopoli contra Justinum, studio Amantij primi Cubicularij & Præpositi palatij, & Andreæ Cubicularij, appellatus est, Magno & Florentio Coss. Anno vrbis ∞CCLXX. Christi DXVIII. paulo post iussu Justini omnes eodem Anno Constantinopoli cæsi sunt.

IMP. CÆSAR FL. ANICIVS JVSTINIANVS,
P. F. perpetuus August. Cos. IV.

309.





Justinianus Imp. natus est in Illyrico, sororis Justini filius, in vrbe Bedirina, Anicio Fausto V.C. sine collega consule: Anno vrbis ∞CCXXXV. Christi CDXXCIII. Imperator à Justino Augusto auunculo suo appellatus est Constantinopoli, Cal. Apr. Fl. Mauortio V.C. sine collega Cos. an. vrb. ∞CCLXXVIII. Christi DXXVII. Imperauit cum Justino Aug. menses IV. Imperare cœpit solus die obitus Justini Imp. videlicet Cal. Augusti eiusdem anni. Imperauit annos XXXVIII. menses III. & dies XIII. In vniuersum annos XXXIIX. mens. VII. & dies XIII. Obiit Constantinopoli Idib. Nouemb. ibique sepultus XXIV. post consulatum Fl. Basilij V.C. An. vr. conditæ ∞CCCXVII. Chr. DLXV. Vixit annos LXXXIII.

THEODORA Justiniani Imp. vxor, mulier sapientissima, quæ marito ob senectutem delirante Remp. maxime

xime gubernauit. Vigilium Papam in carcerem coniecit, pane & aqua illum pascens per aliquot dies. Templum SS. Apostolorum extruxit. Obijt cum annos XXI. menses III. in Imperio exegisset. Fuit subditis grauis in tributis exigendis. Ei fuisse filiam perhibetur ex Iustiniano, cuius nomen non extat.

IVLIANVS NOBILISSIMVS CÆSAR.

AVREA.



IVLIANVS tyrannidem assumens in Palæstina, non longe post occisus est, Anno vrbis ∞CCXXCI. Christi DXXIX. Lampadio & Oreste Consulibus, consobrini nepotes Imp. Anastasij.

HYPATIVS, POMPEIVS, ET PROBVS, Nobiliss. Cæsares.

Imperatores Constantinopoli tumultu populari creati, bellum ciuile Iustiniano mouerunt Cal. Ianuarij II. post. Conf. Lampadij & Orestis VV.CC. Anno vrb. ∞ CCXXCIV. Christi DXXXII. & eodem Anno V. Imperij die omnes iussu Iustiniani Imp. occisi sunt, & cadauera eorum in mare proiecta.

MARIA vxor Hypatij Cæsaris, prudentissima matrona, quæ rogauit maritum, ne Imperium arriperet, prædicens ei mortem, sicuti & accidit. Habuit liberos, superstesq; fuit marito.

Vxor

. . . . Vxor Pompei Tyranni contra Iustinianum, ex marito peperit aliquot liberos, quam Iustinianus Imperat. non solum nulla iniuria affecit, sed & pristinæ dignitati restituit. Ipsa marito superstes fuit.

IMPERATOR CÆSAR STROZAS,
Pius, Felix, Augustus.

STROZAS tyrannidem in Africa Bellisario V. C. Cos. Anno vrbis ∞ccxxcvii. Christi DXXXV. arripuit, imperauitque annos plus minus x. Occisus est in Africa, IV. P. C. Basilij V. C. Anno vrbis ∞ccxcvii. Christi DLXV.

. . . . Vxor Strozæ Tyranni, qui in Africa Imperium inuasit contra Iustinianum Imp. fuit filia principis in Mauritania. Marito superstes mansit.

IMP. CÆSAR JOANNES SCOTISTIS,
Pius, Felix, Augustus.

JOANNES SCOTISTIS tyrannus in Oriente factus, paulo post apud Daras occisus est. II. P. C. Belisarij V. C. Anno vrb. ∞ccxxcix. Christi DXXXVII.

IMPP. CÆSS. STROZAS IVNIOR, ET
Gunthartus, P. F.

Hi tyrannidem in Africa inuaserunt, & paulo post occisi sunt, VI. P. C. Basilii V. C. anno vrbis ∞ccxcix. Christi DXLVII.



IMP.

IMP. CÆSAR FL. IVSTINVS IVNIOR,
Pius, Felix, Augustus.

ÆNEA.





Natus est Justinus Junior Constantinopoli, ex filia Justiniani Imper. Imperare cœpit Constantinopoli Idibus Nouembris, die obitus Justiniani, ex Curopalate, videlicet procuratore palatij XXIV. P. C. Flau. Basilij V. C. Anno vrbis ∞CCCXVII. Christi DLXV. Coronatus à Joanne Patriarcha. Imperauit annos XIII. menses X. diesque XX. Solus annos IX. cum Tiberio Constantino Cæsare annum I. menses X. diesque XX. Obiit Constantinopoli, ibiq; sepultus VI. Nonas Octobris, Anno Christi DLXXVI. post consulatum suum Anno IX.

SOPHIA vxor Justini II. Imp. quam maritus adeo amauit, vt portum & ædes regias à se extructas de ipsius nomine appellaret Sophiada. Moriens eam Tiberio in Imperio successori commendauit, qui eam matris instar coluit. Ipsa ære alieno oppressos liberauit, pro eis satisfaciens creditoribus.

JVSTI-

IVSTINVS NOBILISSIMVS CÆSAR.



Creatus à Justino Augusto, cuius propinquus erat, Anno Christi DLXVI. Paulo post coactus abdicauit, & Alexandriam in exilium missus ibidem occisus est, post consulatum Flauij Basilij V.C. Anno xxv.

IMP. CÆSAR FL. TIBERIVS CONSTANTINVS, Pius, Felix, Augustus.



Imp. Tiberius natus est in Thracia, Cæsar appellatus est à Justino Imp. ex comite excubitorum Idib. Nouembris, Anno Domini DLXXIV. post consulatum Imp. Justini, Anno VII. Imperauit cum Justino Imperatore annum I. menses X. dies XX. Augustus appellatus est VI. Nonas Octobris die obitus Justini Augusti, coronatus ab Eutychio patriarcha Constantinopolitano, Anno Domini DLXXVI. P.C. Justini Junioris Augusti Anno

no IX. Imperauit annos VI. menses X. & dies VIII. Solus annos III. menses IX. cum Mauritio & Germano Cæsaribus annos III. mensem I. dies X. Obiit Constantinopoli IV. Idus Augusti, post consulatum suum anno III. Christi vero DXXCIII. ibique sepultus.

ANASTASIA Tiberij Constantini Imp. vxor, duas peperit marito filias, Charitonem sponsam Germani Cæsaris, & Constantinam Mauritii Imp. thalami consortem. Obiit Anno vndecimo post maritum, nempe Anno Christi DXCIV. iuxta eundem Byzantij sepulta in Heroe.

FL. JVSTINIANVS, NOB. CÆSAR.
AVREA.



Justini Junioris Imp. nepos, creatus à Tiberio, fuit initio Imp. sui, & non longe post ab eodem Imp. coactus abdicauit, Anno Christi DLXXVI.

FL. GERMANVS NOB. CÆSAR.
ÆNEA.




Z Hic

Hic cum esset gener Tiberij Imp. ab eo cum Mauricio Cæsar creatus est Kal. Julij, Anno Christi DXXC. Tiberio Imper. sine collega Conf. Imperauit annos III. mensem I. & dies aliquot. Obiit Constantinopoli circa Kalendas Augusti, Anno Domini DXXCIII. paulo ante mortem Imp. Tiberii, solusq; Imperio potitus est Mauritius.

Charito vxor Germani Cæsaris, filia Tiberii Constantini Imp. & Augustæ Anastasiæ, peperit filium patri cognominem: superstes fuit marito.

IMP. CÆSAR FL. TIBERIVS MAVRITIVS, P. F. perpetuus Aug.



Mauritius Imp. natus est Romæ, Anno Dom. DXL. Fl. Justino V.C. solo consule, oriundus ex Arbisso vrbe Cappadociæ, qui à Tyberio, ex Præfecto Prætorii Orientis, Constantinopoli, cum Germano, gener adscitus, & Cæsar appellatus est Kal. Julij. Anno Chr. DXXC. Imperauit cum eo annos III. mensem I. & dies X. Augustus appellatus est Constantinopoli, die obitus Tiberii Imp. IV. Idus Augusti, coronatus à Ioanne IV. Jeiunatore Patriarcha, anno Domini DXXCIII. post consulatum Imp. Tiberij, Anno III. Imperauit annos XIX. menses III. & dies XI. Solus annos VII. menses VIII. & dies V. Cum Theodosio Augusto filio suo annos XI. menses VII. & dies VI. Coactus, XIV. Kalend. Decembris, cum filio Imperio abdicauit, & prope Chalcedonem in Eutropio portu

portu Bithyniæ, cum quinque filijs iussu Phocæ occisus est, VIII. Calend. Decembris, Anno Christi DII. se XII. sine collega Cos. Vixit annos LXIII. Quo occiso, Petrus frater eius primum, mox vxor cum tribus filiabus, demum omnes propinqui eius, à tyranno Phoca, qui imperium inuaserat, in eodem loco, quo & ipse, interfecti sunt, sepultiq; omnes eodem tumulo ab Eunucho Pharsamane ad S. Mammantem in suburbio Constantinopolis.

CONSTANTINA Vxor Mauritij Imperatoris, filia Tiberij Constantini Imperatoris, & Anastasiæ Imperatricis, quæ ex marito nouem suscepit liberos, Theodosium, Tiberium, Constantinum, Iustinianum, Iustinum & Mauritium, item tres filias. Ipsa cum marito & liberis trucidata fuit à Phoca Tyranno Imperatore, & in regno successore, Anno Domini DCII. die VIII. Cal. Decembris, sepulta cum iisdem ad S. Mammantem in suburbio Byzantino à Pharsamane Eunucho.

IMPERATOR CÆSAR FL. MAVRITIVS Iunior, F. Mauritii Imp. P. F. Aug.

ÆNEA.






Hic filius fuit Mauritij Imp. & ab eodem Cæsar declaratus. Imperauit aliquot menses cum patre, & fratre Theodosio, sed paulo pòst obiit An. Domini DXXCVIII.

Sepultus Constantinopoli circa Calendas Augusti. Alij scribunt ipsum à Tyranno Phoca cum patre & fratribus occisum.

IMP. CÆSAR FLAVIVS THEODOSIVS, Mauritii Aug. Fil. P. F. Aug.



Augustus Constantinopoli à patre appellatus est xvii. Calendas Maij. Coronatus à Joanne iv. Jeiunatore Patriarcha, anno Christi dxci. post Consulatum Imperatoris Mauritij, An. vi. Imperauit cum patre annos xi. menses vii. & dies vi. Occiso patre Imperio abdicauit, & ad Persas fugit, nec amplius visus est.

. . . . Augusta, Germani Patricij filia, vxor Theodosii iii. Cæsaris filii Mauritii Imperatoris: quæ vna cum patre, & socero à Phoca Imperatore Anno Christi dcii. trucidata est, & ad S. Mammantem in suburbio Constantinopolitano sepulta cum reliquis cognatis.

IMPE-

IMPERATOR CÆSAR FL. PHOCAS, P. F.
perpetuus Augustus.



Ab exercitu Germanico, ex centurione, Constantinopoli in Basilica S. Joannis Baptistæ Imperator appellatus XIII. Cal. Decembris, Anno Domini DCII. Imp. Mauritio Aug. XII. sine collega Cos. Mauritium cum omnibus suis interfecit. Coronatus fuit à Cyriaco patriarcha Constantinopolitano, in Basilica S. Sophiæ. Imperauit annos VIII. mens. IV. & dies IX. Occisus conspiratione Ducum suorum Heraclij & Prisci, VI. Cal. Apr. Cadauer eius combustum fuit, & cineres in mare proiecti sunt, Anno Domini DCXI.

LEONTIA vxor Phocæ Imperatoris, ab ipso, Imperatore facto, Augusta appellata, peperit coniugi filiam Domantiam, vxorem Prisci Præfecti Prætorij, qui deinde cum aliis conspirans Phocam socerum ob crudelitatem è medio sustulit.

FL. NARSES NOBILISS. CÆSAR.

Ex Duce Orientis, Edessæ contra Phocam Imp. appellatus est, Anno Domini DCIII. Imperauit annos II. & menses aliquot. Constantinopolin vocatus, contra fidem Sacramenti combustus est, Anno Domini DCV.

IMPERATOR CÆSAR FL. HERACLIVS
P.F. perpetuus Aug.
AVREA MONETA HERACLII
IMPERAT.



Imp. Heraclius, Heraclij Patricij & Prætoris filius, Constantinopoli, occiso Phoca ab exercitu Imp. appellatus est, ex patris legato VI. Cal. Aprilis, Anno Domini DCXI. P. C. Phocæ anno VII. Coronatus à Sergio Syro Patriarcha Constantinopoleos. Imperauit annos XXX. & menses II. solus annos II. cum filio Constantino Augusto annos XXVIII. menses II. In his cum filio Constantino Augusto & Heracleona Cæsare annos XXIV. Obiit Constantinopoli mense Maio, Anno Domini DCXLI. post consulatum suum Anno XXX. ibique sepultus.

ÆNEA.



FABIA EVDOXIA vxor Heraclij Imp. prima, filia Roga-

Rogati Africani, post maritum Augustum appellatum, Eudoxia cognominata est, cum prius tantum Fabiæ nomen haberet: peperit filiam Epiphaniam & Heraclium paruum. Cum esset sponsa, inclusa fuit carceri à Phoca Imp. sed post eius cædem à sponso liberata. Obiit Anno Domini DCXII. Anno imperij Heraclij II. sepulta à marito regio tumulo Constantinopoli.

MARTINA vxor Heraclij Imp. altera, Prisci filia, & ipsius Heraclij ex fratre neptis, quam quarto imperij sui anno duxit, lege lata, vt idem aliis facere liceret, à Sergio Patriarcha coronata fuit. Peperit duos filios, Fl. Heracleonem Constantinum Imp. & Fl. Dauidem. Marito superstes mansit. Priuignum Heraclium veneno sustulit, vt filio suo pararet imperium. Fuit eloquentissima. Cum filio post sextum imperij mensem exacta à S. P. Q. Byzantino, cum prius execta esset ei lingua, qua plurimum valebat, ne populum commoueret ad misericordiam. Mortua in exilio, & sepulta in Dominicano Monasterio, priuato tumulo cum filio Heracleona Imp.

JOANNES CAMPSINVS, NOB. CÆSAR.

Tyrannidem arripiens in Italia, Neapoli occisus est ab Eleuthero patricio & Exarcho Italiæ, Anno Domini DCXVII. cum regnasset menses IX. & dies X.

FLAVIVS ELEVTHERVS, PATRICIVS & Italiæ Exarchus.

Tyrannidem in Italia arripiens, Luceolis tumultu militari occisus est, Anno Domini DCXIX.



IMPERATOR CÆSAR FL. HERACLIVS Constantinus IV. Pius, Felix, perpetuus Augustus.

A V R E A.




Imper. Heraclij filius Constantinopoli natus, Anno Domini DCXII. P. C. Heraclij Imp. Augustus appellatus est à patre Heraclio Imp. Coronatus à Sergio Patriarcha VI. Cal. Aprilis, Anno Domini DCXIII. iterum P. C. Heraclij Imperatoris. Imperauit cum patre annos XXVIII. menses V. Imperare cœpit solus mense Maio, anno Domini DCXLI. Imperauit menses IV. & dies aliquot. Veneno sublatus insidiis nouercæ Martinæ, mense Augusto, P. C. patris sui Anno XXX. Vixit annos XXIX.

Gregoria vxor Heraclij Parui, siue Constantini Noui, Nicetæ patricij filia, peperit marito duos filios, Heraclium Constantem Imperatorem, & Heraclium Theodosium. Mortua sepelitur iuxta maritum in æde SS. XII. Apostolorum Byzantij.

IMP.

IMP. CÆSAR FL. HERACLEONAS P. F.
perpetuus Augustus.

AVREA.



Cæsar à patre Heraclio appellatus, Anno Domini DCXVI. cum quo imperauit annos XXIV. Hic occiso fratre Heraclio Constantino IV. Augusto, insidiis Martinæ matris, quo huic pararetur Imperium, mense Augusto, cum Martina matre imperare cœpit Constantinopoli ex Cæsare, coronatus à Pyrrho Patriarcha, Anno Domini DCXLI. Imperauit cum matre menses duos. Coactus cum matre abdicauit, conspiratione Senatus, & in exilium præciso naso actus est cum ea mense Octob. in Cappadociam, Anno Domini DCXLI.

. . . . . Vxor Fl. Heracleonæ, obiit multis annis post maritum, nulla ex eo suscepta prole.

IMP. CÆSAR FL. HERACLIVS CONSTANS
iunior, P. F. Augustus.



Constan-

Constantinopoli à Senatu Imperator appellatus, exacto Heracleona cum matre Martina mense Octobri, coronatus à Pyrrho Patriarcha, Anno Domini DCXLI. post consulatum Heraclij Imp. aui sui anno XXX. Imperauit annos XXVI. menses VIII. & dies aliquot: Solus annos XII. menses IV. & dies VI. cum filio Constantino V. Pogonato Augusto annos V. mens. IV. & dies aliquot: cum duobus aliis filiis suis Cæsaribus Heraclio & Tiberio annos plus minus X. Occisus est Syracusis in Sicilia, insidiis Mizizii Armeni præfecti sui, Idibus Julij, An. Domini DCLXIX. post consulatum Constantini V. Aug. filij sui.

. . . . Vxor Heraclij Constantis Imperatoris, quæ marito tres peperit filios, Constantinum Pogonatum Imp. & Heraclium atque Tiberium Cæsares. Sepulta iuxta maritum Byzantij in æde SS. XII. Apostolorum.

MIZIZIVS NOBILISS. CÆSAR.

Mizizius Armenus, ex Præfecto, occiso Constante, tyrannidem arripuit in Sicilia, & non longe post occisus est, Anno Domini DCLXIX.

IMP. CÆSAR FL. HERACLIVS CONSTANTINVS V. Pogonatus, P. F. perpetuus Aug.

ÆNEA.

323






Jmp. à patre appellatus Constantinopoli Cal. Martij, Anno Domini DCLIV. post consulatum Jmp. Constantis,

ſtantis, anno XII. Coronatus, à Petro Patriarcha. Imperauit annos plus minus XXXII. cum patre Conſtante Auguſto annos V. menſes IV. & dies aliquot: cum patre Auguſto, & fratribus Heraclio & Tiberio Cæſaribus annos plus minus X. Solus Auguſti nomine imperare cœpit Conſtantinopoli, occiſo patre ſuo, Idib. Julij, Anno Domini DCLXIX. Iterum poſt conſulatum ſuum imperauit annos XVI. menſes VII. & dies aliquot: cum fratribus Cæſaribus Heraclio & Tiberio annos plus minus XIV. cum Tiberio Cæſare filio annos II. cum Juſtiniano Cæſare Auguſto altero filio annos II. Obiit Conſtantinopoli circa Kalend. Februarii anno Domini DCXXCVI. poſt Conſulatum Juſtiniani Auguſti Junioris, ibiq; ſepultus.

ANASTASIA Conſtantini V. Pogonati coniunx, matrona nobiliſſima, quæ ſuſcepit ex marito duos filios Tiberium Heraclium & Juſtinianum Juniorem, illum Cæſarem, hunc Auguſtum. Superſtes fuit marito & liberis. Sepulta Byzantij cum marito & filijs.

FLAVIVS HERACLIVS, ET FLAVIVS Tiberius, Nob. Cæſares.




Filii Conſtantis Jun. Imp. à quo anno Dom. DCLIX. menſe Julio XVII. P. C. Conſtantis Imp. Cõſtantinopoli Cæſares appellati ſunt. Imperarũt Cæſaris nomine años XXIII.

XXIII. Cum Conſtante patre, & Conſtantino X. fratre Auguſtis, annos X. cum Conſtantino V. Auguſto fratre ſuo, annos XIII. A quo coacti abdicarunt Byzantij Anno Domini DCCXXCII. XV. P.C. Conſtantini V. Auguſti, occiſi ſunt.

FL. TIBERIVS NOB. CÆSAR.

AVREA.



Conſtantini V. maioris filius, qui, abdicantibus duobus Cæſaribus, fratribus Conſtantini Imp. in eorum locum Cæſar à patre Conſtantinopoli appellatus eſt, Anno Domini DCXXCII. Vix biennium cum patre imperauit: Obiit enim Conſtantinopoli ante patrem, Anno Domini DCXXCIV. poſt conſulatum patris ſui Anno XVII.

IMP. CÆSAR FL. HERACLIVS JVSTINIANVS Iunior, P. F. perpetuus Auguſtus.

ÆNEA.



Augu-

Auguſtus à patre appellatus Conſtantinopoli, mortuo fratre ſuo Tiberio Cæſare, Anno Domini DCXXCIV. Coronatus à Theodoro II. Patriarcha P. C. Conſtantini V. Auguſti anno XVII. Imperauit annos XII. & menſes V. cum patre annos II. Poſt patrem mortuum, annos X. menſes V. Solus imperare cœpit die obitus patris Conſtantinopoli, circa Kalend. Februarii, anno Domini DCXXCVI. poſt Conſulatū ſuum An. primo. Coactus à Leontio, qui contra eum Imperium arripuerat, abdicauit, circa menſem Julium, An. Domini DCXCVI. Conſtantinopoli, & relegatus eſt, manſitq; exul Cerſonæ in Ponto annos X. Reſtitutus menſe Auguſto, anno Domini DCCVI. P. C. Apſimari Auguſti, an. VI. Iterumq; imperauit cum filio Tiberio Conſtantino Cæſare annos plus minus VI. Occiſus fuit cum filio, Conſtantinopoli, Idibus Auguſti, Anno Domini DCCXII. Poſt II. conſulatum ſuum anno V. inſidiis Philippici, qui poſtea imperauit. Vixit annos XLII.

THEODORA Juſtiniani II. Imp. coniunx, Chagani, Chazaurum regis filia, quam miſſis legatis in Cęſarium, cum Imperium recuperaſſet, ad ſe vocauit, Auguſtamque appellauit, ex ea filium Tiberium genuit, & vt quidam volunt, etiam filiam . . . . . . Obiit ante maritum, ſepulta iuxta eundem Conſtantinopoli.

TIBERIVS HERACLIVS CONSTANTINVS, Nobiliſſimus Cæſar.

329.





Qui anno Domini DCCVII. patre iterum solo Consule, Cæsar ab eodem Constantinopoli appellatus est, regnauitque cum eo annos plus minus VI. Occisus quoque fuit cum patre Constantinopoli, insidiis Philippici, Idibus Augusti, anno Domini DCCXII.

IMP. CÆSAR FLAVIVS LEONTIVS, P.F. *perpetuus Augustus.*



Constantinopoli natus, qui ex Duce Græcanici exercitus, exacto Justiniano, Augustus appellatus est, mense Julio, anno Christi DCXCVI. post Consulatum Justiniani Aug. Anno XI. Coronatus à Calinico Patriarcha. Imperauit annos III. Coactus ab Imp. Tiberio Apsimaro abdicauit, mense Julio, anno Domini DCXCIX. post consulatum suum anno secundo Constantinopoli, & in carcerem coniectus est in monasterio Dalmatii. In eius locum factus est

IMP. CÆS. FL. TIBERIVS APSIMARVS, P.F.PP. *Aug.*
ÆNEA.



Qui

Qui Carthagine in Africa Imperator appellatus est ab exercitu, cui præerat, ex Drungario Cibyrrhæotarum, pulsoque Leontio Constantinopoli, Imperium obtinuit, mense Iulio, anno Domini DCXCIX. Coronatus à Calinico Patriarcha. Imperauit vero annos VII. Coactus ab Imperatore Iustiniano Iuniore, & ab exilio cum exercitu reuersus, abdicauit, & cum Leontio occisus est Iustiniani iussu, mense Augusto, anno Domini DCCVI. Constantinopoli.

IMP. CÆSAR FL. PHILIPPICVS BARDANES, Pius, Felix, perpetuus, Augustus.

ÆNEA.



Constantinopoli natus, Nicephori viri primarij filius, qui in Chersoneso, vbi exulabat, contra Iustinianum, Imperium arripuit, eoque Byzantii Idibus Augusti, anno Domini DCCXII. occiso, Augustus appellatus est. Coronatus à Ioanne VI. Patriarcha Constantinopolitano. Imperauit solus annos II. menses IX. & dies VII. Coactus ab Anastasio, Constantinopoli abdicauit, XII. Kal. Iulii, anno Domini DCCXV. post consulatum suum anno II. oculisque priuatus, in carcerem coniectus est.

IMP. CÆSAR FL. ARTEMIVS ANASTASIVS, Pius, Felix, Augustus.

AVREA.



Qui exacto Philippico, Constantinopoli XII. Kal. Julii, anno Domini DCCXV. ex Protosecretario Imperatoris, Augustus appellatus est, Coronatus die Pentecostes à Joanne V. Patriarcha Constantinopolitano. Imperauit annum vnum, & menses III. Coactus à Theodosio Adramytheno Constantinopoli abdicauit XIV. Kal. Septembris, Anno Domini DCCXVI. se primum solo consule, & monachus factus, Thessalonicam relegatus est, vbi aliquot annis post à Leone III. Imp. occisus fuit. An quatuor superiores principes vxores habuerint, incertum.

IMP. CÆSAR FL. THEODOSIVS IV. ADRAMYTTENVS Pius, Felix, perpetuus, August.

ÆNEA.



Natus

Natus Adramittij in Asia, obscuris parentibus: vbi ab exercitu Opsiciano, ex publicorum vectigalium exactore, contra Anastasium Imperator appellatus est, qui Byzantium veniens XIV. Cal. Septembris, Anno Domini DCCXVI. eo exacto, Imperium obtinuit. Coronatus à Germano Patriarcha Constantinopolitano. Imperauit menses VII. & dies VI. Coactus Constantinopoli à Leone III. abdicauit VIII. Cal. Aprilis, Anno Domini DCCXVII. in primo consulatu suo, & clericus factus est.

. . . . . Vxor Theodosij IV. Imp. peperit filium, qui à patre Dux copiarum factus est, & victus à Leone III. Imper. cum patre tonsus & presbyter factus est. Ipsa Byzantii sepulta.

IMP. CÆSAR FL. LEO III. P. F. PP. AVG.

AVREA.



Leo III. Imp. cognomento Conon & Iconomachus natione Isaurus, ex Germanicia ortus, adeo obscuri generis, vt sedentariam exercuerit, qui ex Duce orientalis exercitus, pulso Theodosio, Constantinopoli Augustus appellatus est VIII. Cal. Aprilis, Anno Domini DCCXVII. Theodosio ipso Adramitteno solo consule. Coronatus à Germano Patriarcha. Imperauit annos XXIV. menses II. & dies XXV. Solus annos III. & dies XXVI. cum Constantino VI. filio suo Augusto annos XXI. menses II. Obiit

Conſtantinopoli xiv. Kalend. Julij, Anno Domini DCCXLI. poſt Conſulatum ſuum, anno XXIV. Ibique ſepultus eſt.

Maria vxor Leonis III. Imp. ab ipſo Imperatore marito coronata & Auguſta appellata in templo S. Sophię. Peperit filium Conſtantinum VI. Copronymum Imperatorem, & filiam Annam Ardabaſdi vxorem. Sepulta Byzantij poſt obitum in templo Sanctorum XII. Apoſtolorum.

BASILIVS TIBERIVS ONOMAGVLVS,
Gregorii Fil. Imp. Cæſar.

Hic Conſtantinopoli ortus, tyrannidem in Sicilia arripuit, ſuadente Sergio Protoſpatario & Siciliæ prætore, Anno Domini DCCXIIX. Imperauit menſes aliquot contra Leonem Imperatorem & eodem An. occiſus eſt à Paulo Chartulario, ſucceſſore Sergij in Prætura Sicula.

AGALLIANVS IMP. CÆSAR
Pius, Felix.

Agallianus, ex Helladicorum Turmarcha bellum ciuile Byzantij contra Leonem mouens, XIV. Kalend. Maij prælio victus, in mari ſuffocatus eſt, Anno Domini DCCXXVII. Stephanuſque & Coſmas, eius complices capti ſunt, & occiſi.

IMP.

IMP. CÆSAR FLAVIVS CONSTANTINVS VI.
Copronymus, P. F. P. P. Aug. Porphyrogenitus.

AVREA.




Natus Constantinopoli, Anno Domini DCCXIX. vbi etiam Augustus à patre appellatus est XII. Kal. Maij, die Paschatis, anno Domini DCCXX. post consulatum Leonis Augusti, anno III. Coronatus à Germano Patriarcha. Imperauit annos LV. menses IV. & dies XXVII. cum patre annos XXI. & menses II. Solus imperare cœpit die obitus patris, videlicet XIV. Kal. Julii, Anno Domini DCCXLI. Imperauit post obitum patris annos XXXV. menses II. & dies XXVII. solus annos IX. menses XI. & dies XVIII. cum Leone IV. filio suo Augusto tantum annos XVIII. menses IX. & dies XXVI. cum Leone filio suo Augusto & aliis filiis suis Cæsaribus annos VI. menses V. dies XII. Obiit prope Constantinopolim in Castello Strongylo, aliâs Chelandio, XVIII. Kal. Octob. Anno Domini DCCLXXV. post consulatum Leonis IV. Augusti filii sui anno sexto. Vixit annos quinquaginta sex, & menses aliquot.

VXORES CONSTANTINI VI. IMPERAT.

IRENE CHAZARA Vxor Constantini VI. Copronymi Imper. prima, à Leone III. socero sic in baptismate

Aa 4 nomi-

nominata, filia Chagani Chazarorum Regis, fuit matrona pia, & erudita, dissensit à marito propter Idolorum extirpationem. Peperit filium Leonem IV. Imperatorem. Obiit ante maritum plurimis annis, sepultaque est Byzantij.

MARIA cognomento Armeniaca, Constantini Copronymi altera vxor, sterilis. Obiit ante maritum, Byzantijque sepelitur, circa annum Domini DCCLXVI.

EVDOXIA tertia Constantini VI. Copronymi vxor, quam imperij sui XXVIII. Anno Copronymus Imperator coronauit & Augustam appellauit, nempe Anno Christi DCCLXIX. Peperit quinque filios, Nicephorum & Constantinum Cæsares, Nicetum, Anthimum & Eudocimum, nobilissimos pueros. Fuit marito superstes, sepultaq; est post obitum Byzantii iuxta maritum & priores vxores.

ARTABASTVS IMPERATOR, PIVS, Felix, Augustus.

ÆNEA.



337


Hic obscuri generis homo, ex Curopalate & Obsicii Dorilai tumultu populari contra Constantinum VI. Copronymum, Augustus appellatus V. Cal. Julii, Anno Domini DCCXLI. & ab Anastasio Patriarcha Constantinopoli coronatus est. Imperauit annos II. menses IV. & dies

& dies VII. Prælio à Constantino VI. Byzantii victus & captus est, ac Obsicii honore & oculis cum filiis priuatus est IV. Nonas Nouembris, anno Domini DCCXLIII. post consulatum Constantini VI. Augusti.

ANNA vxor Artabasdi tyranni, filia Leonis III. Imp. & Mariæ Augustæ, soror Constantini VI. Copronymi Imp. Peperit marito duos filios Nicetam & Nicephorum. Obiit Byzantij, & ibidem sepelitur.

IMP. CÆSAR. FL. LEO. IV. PIVS, FELIX, perpetuus, Augustus, Porphyrogenitus.

ÆNEA.



Natus est Constantinopoli VIII. Calendas Februar. anno Domini DCCL. post Consulatum Constantini VI. Copronymi Imp. patris sui, anno VIII. Augustus à patre Byzantii appellatus est VIII. Idus Junii, Anno Domini DCCLI. & coronatus ab Anastasio Patriarcha post Cons. Anno IX. Imperauit annos XXIX. menses III. & dies IV. cum patre Augusto Constantino VI. annos XXIV. menses III. & dies IX. cum patre tantum imperauit annos XVII. menses IX. & dies XVI. cum Nicephoro & Christophoro Cæsaribus, ac Niceta nobilissimo puero fratribus suis, annos IV. & dies XVI. cum patre Constantino VI. duobus fratribus Cæsaribus Niceta & Anthimo, nobilissimis pueris, annos II. menses IIII. & dies XXVII. Imperare cœpit solus Augusti nomine die

die obitus patris sui Constantini VI. Copronymi, XVIII. Kal. Octobris, anno Domini DCCLXXV. Byzantii. Imperauit annos IV. menses XI. & dies XXVI. cum quatuor fratribus suis, nobilissimis Cæsaribus & pueris menses VII. cum Constantino VI. Augusto filio suo, addito quatuor fratribus quinto Eudocimo nobilissimo puero, fratre suo, annos IV. menses IV. & dies XXVI. Obiit Constantinopoli VII. Idus Septembris, anno Domini DCCXXC. post consulatum Constantini VII. Augusti, filii sui anno primo, ibiq; sepultus. Vixit annos XXIX. menses VII. & dies XV.

AVREA.

339





HIERENE vxor Leonis IV. Imp. Atheniensis, peperit Constantinum VII. & Probum. Imperatrix appellata fuit cum Constantino VII. filio, post Leonem IV. Fœdus iniit cum Carolo M. petens filio suo ipsius filiam coniugem: filium tamen post & imperio & oculis priuans ipsa imperium occupauit. Carolus M. expetiuit eius nuptias, quas Aetius Spado impediuit. Nicephorus Imperator eam imperio priuatam in principis Insulæ monasterium à se extructum relegauit, & inde Mithilenem, vbi ipsa decessit. Cadauer inde Nicephorus Imperat. retulit in monasterium prædictum & ibi humauit

FLAVI-

FL. NICEPHORVS NOB. CÆSAR.
FL. CHRISTOPHORVS NOB. CÆSAR.
FL. NICETAS, NOBILISS. PVER.

Filii Constantini VI. Copronymi Augusti, à quo creati sunt III. Nonas Aprilis, Anno Domini DCCLXIX. Leone IV. Augusto solo Consule. Imperarunt cum patre Constantino VI. Imp. Leone IV. fratre eorum Augusto, & eorum nepote Constantino VII. Imper. annos X. menses VI. dies XVIII. Constantinopoli coacti ab ipsorum nepote Constantino VII. Augusto, abdicarunt, XIII. Kalend. Nouembris, anno Domini DCCXXC. & clerici facti sunt.

FL. ANTHIMVS NOB. PVER.

AVREA.



340.



Filius Constantini VI. Augusti, à quo XIV. Kalendas Maij, Anno Domini DCCLXXIII. Cæsar appellatus est Constantinopoli. Imperauit cum patre, fratribus & nepote annos VI. dies III. Coactus à Constantino VII. Aug. nepote suo, abdicauit cum fratribus XIII. Kal. Nouemb. Anno Domini DCCXXC.

FL. EVDOCIMVS NOB. PVER.

Filius & iste fuit Constantini VI. Copronymi Imp. qui à fratre Leone IV. Augusto Nobilissimus creatus est

XVIII.

XVIII. Kal. Maij, Anno Domini DCCLXXVI. Imperauit cum fratribus & nepote Constantino VII. Imp. annos IV. menses VI. & dies VII. Coactus à nepote cum fratribus abdicauit XIII. Kal. Nouembris, anno Domini DCCXXC. cui postea cum fratribus suis oculi ab Heirene eruti sunt.

IMP. CÆSAR FL. CONSTANTINVS VII. P. F. perpetuus Augustus Porphyrogenitus.

AVREA.

341.




Natus est Constantinopoli mense Januario anno Domini DCCLXXI. iterum post Consulatum Leonis IV. Augusti patris sui. Augustus à patre appellatus est XVIII. Kalend. Maii, die Paschatis, & coronatus à Niceta Patriarcha, Anno Domini DCCLXXVI. VII. post Consul. patris sui. Imperauit annos XXI. menses IV. cum patre Leone IV. Augusto, & patruis Cæsaribus, & Nobilissimis, annos IV. menses IV. & dies XXVI. Post patris obitum solus Augusti nomine imperare cœpit Constantinopoli VII. Idus Septembris, Anno Domini DCCXXC. Imperauit annos XVI. menses XI. dies X. Cum matre Heirene & patruis tantum mensem I. & dies X. Cum matte Heirene tantum annos X. & dies XXII. Solus, retum administratione matre Heirene exacta, imperauit annos VI. menses IX. dies VIII. Coactus à matre Heirene abdicauit

cauit

cauit XVII. Kalend. Septembris Anno Domini DCCXCVII. post Consulatum suum, anno XVIII. oculisq; priuatus, in carcere mortuus est. Vixit annos plus minus XXXIV.

VXORES CONSTANTINI VII. Imperatoris.

Rothruda vxor prima, siue verius sponsa, Constantini VII. Imperatoris, filia Caroli Magni Occidentis Imperatoris: desponsata enim ipsi, sed non ab eo traducta fuit aduersantibus Græcis proceribus, quibus Germanorum potentia suspecta erat. Ipsa deinde virgo & cælebs in Germania ante patrem obiit.

MARIA Constantini VII. Imperat. vxor altera, ex Armenia prouincia, vel, vt alij volunt, ex Paphlagonia oriunda, Philareti nobilis & erga egenos liberalissimi viri filia, ipsi iuncta à matre contra suam voluntatem. Tandem ab ipso in monasterium detrusa & tonsa fuit, propter suspiciones quasdam, postquam cum ipso vixisset triennij spatio. Nullam ex eo suscepit sobolem.

THEODATA vxor Constantini VII. Imperatoris tertia, virgo apprime pulchra, & cubicularia Irenę Imperatricis, quam repudiata Maria Constantinus VII. sibi connubio copulauit, & Augustam coronauit contra Tarasii Patriarchæ voluntatem. Peperit filium Leonem in infantia extinctum, & Euphrosynam filiam, vxorem deinde Michaelis Balbi Imperatoris. Fuit marito superstes.

ELPIDIVS IMPERATOR.

Ex Patricio & Siciliæ Prætore Imp. contra Constantinum VII. in Sicilia appellatus fuit, Anno Domini DCCXXC. Non longe post in Africa occisus est, anno Domini DCCXXCI.

. . . . . . Elpidii tyranni vxor, ex quo aliquot liberos suscepit, quos Irene Imperatrix flagris cæsos & tonsos in carcerem coniecit.

HEIRENES ATTICA, PIA, Felix, Augusta.

Vide in Constantino VII. Imp.

Quæ quum filium Constantinum VII. rerum administratione submouisset, sola Orientale Imperium virili animo rexit annos V. menses II. & dies XVI. Coacta à Nicephoro abdicauit Byzantij Calen. Nouembris, Anno Domini DCCCII. post Consulatum Constantini VII. filii sui, Anno XXIII. & in exilium in Insulam Lesbum acta ibidem mortua est Anno sequenti DCCCIII. Idibus Augusti. Cadauer eius sepultum est in Monasterio Insulę Principis à se condito.

IMP. CÆSAR FLAVIVS NICEPHORVS, Pius, Felix, perpetuus, Augustus.

ÆNEA.

342.





Natus

Natus est Constantinopoli ex patre Stauratio Patricio, vbi etiam exacta Heirena, imperare cœpit Kalen. Nouembris anno Domini DCCCII. ex Generali Logotheta, coronatus à Tharisio sanctissimo Patriarcha. Imperauit annos VIII. menses VIII. & dies XXVI. Solus annum I. mensem I. & dies XXIII. Cum filio Stauratio Augusto annos VII. menses VII. & dies III. Occisus in prælio pugnans contra Bulgaros, prope Hadrianopolim Thraciæ VIII. Kalend. Augusti anno Domini DCCCXI.

Maria vxor Nicephori Imperatoris, ex patricii familia Byzantina prognata, peperit filium Stauratium Cæsarem, & Procopiam filiam, vxorem deinde Michaelis Rangabis Imperatoris. Obijt ante maritum, & sepulta est ab eodem Byzantii.

IMPERATOR CÆSAR FL. STAVRATIVS, Pius, Felix, perpetuus Augustus.

ÆNEA.



Qui à patre Nicephoro Constantinopoli Augustus appellatus est, VIII. Kalend. Januarii & coronatus à Tharasio Patriarcha, Anno Domini DCCCV. ineunte. Imperauit annos VII. menses IX. & dies XIII. Cum patre annos VII. menses VII. & dies III. Solus menses II. & dies X. Imperare cœpit solus die necis patris sui VII. Calend. Augusti anno DCCCXI. Coactus à Michaele Rangabe abdicauit Byzantii, eodem Anno III. Nonas Octobris: &

monachus factus est. Obiit autem III. Idus Ianuarii, anno sequenti, sepultus in monasterio Thebraica (aliâs Braca) à se condito.

Theophania vxor Stauratii Cæsaris, fuit Atheniensis, & cognata Irenę Imperatricis supranominatę. Hanc alteri desponsatam Nicephorus Imper. vi abripuit, filioque suo Stauratio copulauit. Post mariti obitum vitam monasticam assumpsit, donataque magna pecunia à Michaele Rangabe Imp. monasterium extruxit à marito denominatum, in quo pie obiit, & sepulta est.

BARDANES TVRCAS PATRICIVS, IMP.

Æ N E A.




Appellatus est in Oriente ex Prætore Orientis XIV. Kalend. Augusti anno Domini DCCCII. Non iniit, sponte enim abdicauit, & monachus factus est in monasterio à se in insula Prima constructo.

IMP.

IMP. CÆSAR FL. MICHAEL. RANGABES,
P. F. perpetuus, Augustus Theophilacti fil.

AVREA.



Imp. appellatus Constantinopoli ex Curopalate, id est, curatore palatii, exacto Stauratio, III. Nonas Octobris, anno Domini DCCCXI. Coronatus à Nicephoro Patriarcha Constantinopolitano. Imperauit annum I. menses IX. & dies IX. Solus menses II. & dies XX. cum filio Theophilacto Augusto anno I. menses VI. & dies XVIII. Coactus à Leone V. Armeno abdicauit Byzantij cum filio, V. Idus Julij anno Domini DCCCXIII. & monachus factus, in monasterio Insulæ Protes, cum filio relegatus est.

PROCOPIA Vxor Michaelis Rangabe Imper. filia Nicephori Imperatoris, & Mariæ Augustæ, soror Stauratij Cæsaris, matrona prudens & virilis. Ab ipso marito Augusta appellata fuit, peperit filios, Theophilactũ & Ignatium. Aduersata est marito, qui Leoni V. Imp. regimen & gubernationem tradidit. Ipsam deinde Leo V. Imp. vna cum filiis ambobus in exilium misit, vbi & interiit.



IMP. CÆSAR FL. THEOPHILACTVS,
Pius, Felix, perpetuus, Augustus.


ÆNEA.



Qui à patre Imper. appellatus est Constantinopoli VIII. Kal. Januarij, Anno Domini DCCCXII. ineunte & coronatus à Nicephoro Patriarcha. Imperauit cum patre annum I. menses VI. & dies XVIII. Abdicauit cum patre V. Idus Julij, anno Domini DCCCXIII. cum quo & matre in Insulam Proten relegatus est.

IMP. CÆSAR FL. LEO. V. ARMENVS,
P. F. perpetuus, Augustus.

ÆNEA.



Bardæ Patricii filius, Imperator appellatus est, ex Duce Orientalis exercitus, qui exacto Michaele, V. Idus Julij Anno DCCCXIII. Constantinopoli Orientis obtinuit

nuit Imperium, & coronatus fuit à Nicephoro Patriarcha. Imperauit annos VII. menses V. & dies XIV. Occisus insidiis Michaelis Thrauli Constantinopoli, VIII. Kal. Januarii, Anno Domini DCCCXX. finito.

Theodora Leonis V. Imp. vxor, filia Arsaberi, quæ Leoni peperit quatuor filios, Sabbatium, Basilium, Gregorium & Theodosium. Intercessione sua effecit, vt supplicium de Michaele Balbo condemnato ignis differretur, quare sibi & liberis & marito exitium attulit. A Michaele Balbo enim è vinculis soluto, Leo V. maritus occisus, ipsa cum quatuor filiis castratis in exilium missa est, vbi & periit.

SABASTIVS CONSTANTINVS
Nobilissimus Cæsar.

AVREA.




348.



Creatus à patre: quo occiso, coactus à Michaele Balbo abdicauit, & cum matre & fratribus in Insulam Protam relegatus est.

JMP. CÆSAR FL. MICHAEL JUNIOR *Balbus, Pius, Felix, perpetuus Augustus.*

A V R E A.



Ortus Amorij, quæ vrbs eſt ſuperioris Phrygiæ, qui occiſo Leone v. Conſtantinopoli inuaſit imperium, ex Patricio & Comite ſcholæ excubitorum, VIII. Kalend. Ianuarij, ineunte anno Domini DCCCXXI. Coronatus à Theodoto Melliſſeno Patriarcha. Obiit Conſtantinopoli Kalend. Octob. Anno Domini DCCCXXIX. ibiq; ſepultus.

VXORES MICHAELIS JMPERAT.

THECLA prima Michaelis Balbi Imp. vxor, filia Tribuni militum Æliani, à patre ei tradita, qui cognouerat eum futurum Romanorum Imperatorem. Peperit Theophilum Imperatorem. Obiit anno Imperii mariti tertio. Anno Christi DCCCXXIV. & ſepulta Conſtantinopoli.

Euphroſina Michaelis Balbi Imp. ſecunda vxor, filia Conſtantini VII. Porphyrogeniti Imp. & Theodatæ, neptis Leonis IV. Imp. à priuigno Theophilo Imp. aulà exacta, & in Principis inſulæ monaſterium relegata, vbi & obijt. Peperit filiam . . . . . . quam Theophilus Theophobo, viro illuſtri, vxorem dedit.

IMP.

JMP. CÆSAR FL. THOMAS CONSTANTINVS,
Pius,Felix,perpetuus, Augustus.

AVREA.



Hic ex Principe fœderatorum in Asia contra Michaelem Thraulum, Imperium arripuit, Anno Domini DCCCXXI. & non longe post Hadrianopoli captus & occisus est.

. . . . . . NOBILISS. CÆSAR creatus à Thoma & occisus.

ANASTASIVS, NOBIL. CÆSAR creatus à Thoma tyranno, cum quo interfectus est.

AVREA.



EVPHEMIVS JMP.

Euphemius tyrannidem arripuit contra Michaelem

lem Thraulum in Sicilia, & non longe post occisus, circa annum Domini DCCCXXVIII.

. . . . . . Vxor Ephemij Tyranni, ex Sicilia nobilibus parentibus prognata, quæ cum monialis esset, ab Euphemio ex monasterio extracta & in vxorem ducta est. Post mariti obitum, rediit in monasterium.

IMPERATOR CÆSAR FL. THEOPHILVS,
Pius, Felix, perpetuus, Augustus.

AVREA.



Hic die obitus patris sui, videlicet Calend. Octob. Constantinopoli imperare cœpit, coronatus ab Antonio Cassimata Patriarcha Constantin. Anno Domini DCCCXXIX. Imperauit annos XII. menses III. & dies XX. Obiit Constantinopoli XIII. Calend. Febr. Anno Domini DCCCXLII. ibiq; sepultus.

THEODORA Paphlagona Theophili Imp. vxor matrona docta, filia Marini & Florinæ. Peperit quinq; filias, Teclam, Annam, Ariastasiam, Pulcheriam, & Mariam, vxorem Alexii Criniti, & Michaelem III. Porphyrogenitum Imp. Post mariti obitum cum filio administrauit Rempubl. A filio dein cum filiabus in monasterium Cariani detrusa & tonsa: vbi obiit. Sepulta à Basilico Macedone Imp. in monasterio Gastriæ.

ALE-

ALEXIVS CRINITVS MOSOLVS ARMENVS, Nobiliss. Cæsar.

Gener Theophili ex filia Maria, ab eo Cæsar appellatus, ante natiuitatem Michaelis filij sui. Mox, eo nato, in gratiam Imperatoris Theophili dignitatem deposuit, ac monachus factus est in monasterio Anthemij à se extructo, in quo etiam vitam sanctissime finiuit.

MARIA vxor Alexij Criniti Cæsaris, filia Theophili Imper. ex Theodora Augusta, obiit in iuuenili ætate absque sobole, & sepulta fuit à patre Byzantii in arca argentea.

IMPERATOR CÆSAR FLAVIVS THEOPHOBVS, Nobilissimus.

ÆNEA.



THEOPHOBVS, ex Duce exercitus Persici, qui stipendiis Imperatoris merebat, Imperator in Oriente appellatus, non iniit, sed vita priuata contentus fuit.

HELENA vxor Theophobi Cæsaris, soror Theophili Imperatoris, ex nouerca Euphrosyna filia Michaelis Balbi Imperatoris: obiit sine sobole Byzantii.

IMPE-

IMPERATOR CÆSAR FL. MICHAEL III.
Porphyrogenitus, Pius, Felix, PP. Augustus.

ÆNEA.





Constantinopoli natus, vbi à patre Theophilo Imp. Cæsar appellatus est, paulo post natiuitatem An. Dom. DCCCXXXIII. Imperauit cum patre, sub Cæsaris nomine, annos plus minus IX. Augustus appellatus est Byzantii die obitus patris sui, XIII. Kalend. Februarii, Anno Domini DCCCXLII. Coronatus à Joanne VII. Synerosiote Patriarcha. Imperauit post patris obitum annos XXV. & menses III. cum matre Theodora annos XIII. mensem I. & dies XXI. Solus annos XI. mensem I. & dies IX. Occisus insidiis Basilii Macedonis in palatio S. Mammatis Constantinopoli IX. Kalen. Maij, Anno Domini DCCCLXVII. Sepultus Chrysopoli in monasterio Philippici Chrysopolitano.

Eudoxia Michaelis III. Imp. vxor. Decessit sine sobole Byzantii, ibiq; humata regia pompa à marito Imperatore.

Eudoxia Michaelis III. Porphyrogeniti concubina, filia Ingeris Martiniacæ stirpis. Postea Basilio suo cubiculario, qui post factus est Imperator, ab Imperatore in vxorem data.

BAR-

BARDAS PATRICIVS NOBILISS.
CÆSAR.

Frater Theodoræ Augustæ, auunculus Imp. Michaelis III. à quo ex Curopalate Cæsar appellatus, & aliquot annis post ab eo occisus est, circa annum Domini DCCCLX.

. . . . Vxor Bardæ Cæsaris, quæ peperit filium Antigonum, & filiam . . . . . . vxorem Simbatii, qui Bardam cum aliis coniuratis interfecit.

BASILIVS MACEDO NOB.
CÆSAR.

Ex Protostratore Michaelis III. Imp. ab eo Cæsar appellatus, Anno Domini DCCCLXVI. Imperauitque cum eo annum I. Post ab eo occisus est.

IMP. CÆSAR FLAVIVS BASILIVS,
Pius, Felix, perpetuus, Augustus.
AVREA.




Humili ac sordido genere in Macedonia natus, Cæsarq; ex Protostratore à Michaele III. Imperatore appellatus est Constantinopoli, Anno Dom. DCCCLXVI. Regnauit cum eo annum vnum. Imperare cœpit Augusti nomine Constantinopoli, occiso Michaele III. IX. Calend. Maij, Anno Domini DCCCLXVII. Coronatus à Photio Patriarcha. Imperauit annos XVIII. menses X. &

Cc dies

dies VII. Obiit Constantinopoli Kalendis Martii, Anno Domini DCCCLXXXVI. ibique sepultus.

AVREA.



Eudoxia vxor Basilii Imperat. filia Ingeris, & antea concubina Michaelis III. Imperatoris, ab quo deinde huic Basilio in vxorem data fuit, peperit Leonem VI. Imp. Constantinum Cæsarem, Alexandrum II. Jmper. & Stephanum Patriarcham, item quatuor filias, quæ in monasterium detrusæ sunt. Obiit ante maritum Constantinopoli, ibiq; sepulta est.

Hermingarda altera Basilii Jmp. vxor, seu potius sponsa, filia Ludouici II. Occidentis in Germania Jmp. Jpsi quidem à patre desponsata, sed non ab eo traducta fuit. Deinde vxor Bosonis Regis Prouinciæ, ei copulata à Carolo Caluo Occidentis Jmperatore.



CON-

CONSTANTINUS NOBILISSIMUS Cæſar, Baſilii Auguſti filius.

AUREA.



Creatus à patre, Anno Domini DCCCLXVII. Imperauit cum eo annos aliquot & ante ipſum mortuus eſt Byzantii.

IMP. CÆSAR FL. LEO VI. PORPHYROGENITUS, Pius, Felix, Auguſtus.

AUREA.



A patre Cæſar appellatus eſt Anno Domini DCCCLXX. cum quo vt & cum fratribus, imperauit annos XVI. & menſes aliquot. Solus imperare cœpit Auguſti nomine, die obitus patris, Kalen. Martii, anno Domini DCCCXXCVI. Coronatus à Photio Patriarcha. Imperauit annos XXII. menſes III. & dies IV. Obiit Conſtantinopoli pridie Nonas Junii, Anno Dom. c∞XIII. ibiq; ſepultus.

LEONIS VI. IMP. VXORES QVATVOR.

Theophania siue Stephania Leonis VI. Imper. coniunx, filia Martinacii patricii, tulit concubinam Zoën, minime Zelotypa. Ipsa sterilis obiit ante maritum annis XIX. Anno Domini DCCCLXXXIX. & sepulta fuit Regio monumento Byzantii in templo, quod maritus in eius memoriam extruxerat, & de eius nomine S. Theophaniæ appellauerat.

ZOE Leonis VI. Imp. altera coniunx, concubina eius, viuente prima coniuge Theophania. Perdite adamata ab eo fuit ob indicatas insidias. Fuit filia Zaustæ & prius vxor Theodori Guniatzitzæ Patritii. Vixit cum marito Leone VI. Imp. tantum annum I. menses VIII. Habuit ex primo marito filiam Annam. In arca eius sepulchrali fuit inscriptum, Filia Babylonis infœlix.


Eudoxia Obsiciana, Leonis VI. Imper. tertia coniunx, pulchritudine insignis, filia Obsicii. Non diu cum marito vixit: obiit enim altero statim matrimonii anno inter parruriendum vna cum fœtu.

CARBONOPSINA ZOE Leonis VI. Imp. quarta vxor, Augusta ab Imp. marito appellata, postquam pepererat filium Constantinum Imperatorem. Ab Alexandro, Leonis VI. fratre, Imperatore aulâ exacta, à filio demum Imper. facto reuocata fuit, sed ab eodem ob ferociam à gubernatione remota. Demum à Romano Lagapeno contra filii voluntatem è palatio remota, & tonsa in sanctæ Euphemiæ monasterium detrusa fuit, vbi senex decessit, & sepulta est.

IMP.

IMPERATOR CÆSAR ALEXANDER,
Pius, Felix, perpetuus, Augustus.

AVREA.



A fratre Leone VI. moriente, ex Cæsare (creatus enim à patre Basilio Augusto fuerat) Imp. appellatus est, cum Constantino Porphyrogenito, pridie Nonas Junii, Anno Domini c∞ VIII. Coronatus à Nicolao Mystico Patriarcha. Imperauit cum nepote Constantino Augusto annum I. & mensem I. Obiit Constantinopoli circa Calend. Julias, anno Domini c∞ IX. ibique sepultus.

An vxorem habuerit, incertum.

IMP. CÆSAR FLAVIVS CONSTANTINVS VIII.
Porphyrogenitus, Leonis VI. fil. P. F. Aug.

AVREA.



 Natus

Natus est Byzantij, Anno Domini c∞ III. atque à patre Leone VI. Imperatore paulo ante mortem suam, die Pentecostes, Idibus Maij, Anno Domini c∞ IX. Augustus appellatus fuit, & coronatus ab Euthymio Patriarcha. Imperauit annos LIV. & menses II. cum patruo Alexandro Imperatore, annum I. & mensem I. cum matre Zoë, annos XII. cum Romano Lacapeno Augusto, & filiis suis, annos XXVI. cum filio Romano III. Augusto, annos XV. Obiit Byzantii, circa Calend. Augusti, Anno Domini c∞ LXII. ibique sepultus. Vixit annos LX.

ÆNEA.



Helena vxor Constantini VIII. Imper. filia Romani Lagapeni Imp. soror Christophori, & Stephani Augg. peperit filium Romanum patris in Imperio successorem. Maritum ad recuperandum imperium instigauit contra patrem Romanum Lagapenum, & fratres suos. Peperit etiam filias aliquot, quas frater Romanus, Imp. factus, moniales fecit, quod ipsa ægerrime tulit. Obiit post maritum Anno Domini c∞ LXIV. die XX. Septembris, in arce patris Romani recondita Byzantii.



CON-

CONSTANTINVS DVCAS, ALEXII F. Imperator.



Ex Domestico Legionum Orientis tyrannidem contra Constantinum VIII. Imp. Byzantii inuasit, anno Domini DCCCCIX. & non longe post, cum altero filiorum Gregora, captus & occisus est, & Stephanus alter filius, in Paphlagones relegatus.

. . . . . . Constantini Ducæ Cæsaris seu Tyranni vxor, peperit filios, Gregorium, Stephanum & Nicolaum. Ipsa post cædem mariti à tutoribus Constantini VIII. Imp. tonsa, & in Paphlagoniam domum suam remissa est, vbi etiam obiit.

IMP. CÆSAR ROMANVS LACAPENVS, P.F. perpetuus Augustus.

ÆNEA.



Constantinopoli natus, Theophylacti Abastacti filius, qui ex Classis Drungario Imperium vi arripuit, atque à Constantino VIII. Porphyrogenito Imp. socer ascitus, Cæsar appellatus est pridie Nonas Septembris, Anno Domini c ∞ XXI. Augustus vero creatus est VIII. Calend. Januarij, Anno Domini ineunte c ∞ XXII. Coronatus à Nicolao Mystico Patriarcha. Imperauit cum Constantino VIII. Porphyrogenito genero suo, annos, plus minus, XXVI. In his cum Christophoro Augusto filio suo, annos plus minus X. Cum eodem Christophoro, Stephano, Constantino nono filiis suis & Romano Iuniore, Christophori Augusti filio, nepote suo, Augustis, annos XXIII. Coactus à Stephano Imp. filio suo, abdicauit, Anno Domini c ∞ XLVII. monachusq; factus, in monasterium insulæ Protes relegatus est.

Theodora Romani Lagapeni Imp. vxor, peperit marito Christophorum, Stephanum & Constantinum Augustos, & Theophylactum Patriarcham: item Helenam, vxorem Constantini VIII. Imp. & Agatham filias. Obiit ante maritum die XX. Febr. anno Domini c ∞ XL. in Myrilæo monasterio sepulta.

. . . . . Romani Lagapeni Imp. concubina, quæ peperit filium naturalem Basilium, qui à Constantino VIII. Imp. cubicularius eiusdem factus est.

LEO PHQCAS IMP.

AVREA.



Ex

Ex Legionum Domestico, Tyrannidem Constantinopoli contra Constantinum VIII. Imp. & Romanum Lacapenum arripuit, Anno Domini c ∞ XXI. & non longe post captus, oculis & dignitate priuatus est.

. . . . Vxor Leonis Phocæ Cæsaris seu Tyranni, soror Constantini Eunuchi Cubicularii Constantini VIII. Imp. quæ marito præter alios liberos etiam peperit Simeonem filium, qui à Constantino VIII. Imp. cum auunculo Theodoro Zuplunetzo sodalitatum princeps factus est. Ipsa fuit marito superstes.

IMP. CÆSAR FL. CHRISTOPHORVS,
Pius, Felix, perpetuus Augustus.

Romani Lacapeni Imperatoris filius, à quo Byzantii Imperator appellatus est, Anno Domini DCCCCXXII. & coronatus à Nicolao Mystico Patriarcha. Imperauit cum Lacapeno Romano & Constantino VIII. patre suo Augustis, annos plus minus X. Obiit Constantinopoli, anno Domini c ∞ XXXI. ibiq; sepultus.


Sophia Christophori Imp. Cæsaris vxor, filia Nicetæ patritii, peperit marito filium Romanum Iuniorem Augustum, & Michaelem, clericum à Constantino VIII. factum, & Mariam filiam, Petri Bulgarorum principis vxorem. Ipsa Sophia à socero Romano Lagapeno Augusta appellata fuit. Vixit marito superstes. Mortua tandem Byzantii.



IMPP.

IMPP. CÆSARES FLAVII, STEPHANVS ET Constantinus IX. Lacapeni, Romani, Augusti filii, Pii, Felices, perpetui Augusti.

AVREA.



Imperatores à Romano Augusto patre appellati sunt Constantinopoli, Anno Domini c∞ xxiv. & coronati à Stephano II. Patriarcha Constantinopolitano. Imperauerunt cum patre & Constantino VIII. annos plus minus XXIII. Cum patrem Imperio priuassent, non longe post & ipsi à Constantino VIII. Porphyrogenito Imperatore coacti abdicarunt, Anno Domini c ∞ XLVIII. Stephanusque Mitylenem relegatus, in eadem insula Methymne XIX. anno post mortuus est. Constantinus vero in Samothraciam deportatus, vbi quum seditionem excitasset, occisus est.

Anna vxor Stephani Imp. filia Gabalæ, à socero Augusta appellata die nuptiarum cum Stephano, peperit filium Romanum, quem Constantinus VIII. Imp. castrauit, & Augustiferum fecit. Ipsa marito fuit superstes. Obiit Constantinopoli.

Helena vxor Constantini IX. Imp. filia Adriani patricii, stirpis Armeniacæ, à patre ei vxor data, non diu cum marito vixit, obiit Byzantii ante maritum aliquot annis, sine sobole.

Theophano Constantini IX. Imp. altera vxor, prognata

gnata ex familia Mammantis. Peperit marito filium Romanum virum bellicosum, qui sub Zimisca Jmp. contra Sueristoslaum Rossorum Principem fortiter pugnauit. Jpsa Theophano marito superstes deinde Byzantii obiit.

JMP. CÆS. FL. ROMANVS JVNIOR LACAPENVS, Christophori Augusti fil. Romani nepos, Pius, Felix, perpetuus Augustus.

ÆNEA.



Jmperator ab auo Romano Augusto appellatus, coronatus est à Stephano II. Patriarcha, Anno Domini c-∞ XXII. Jmperauit cum patre, auo, & patruis annos aliquot, & mortuus est.

JMP. CÆSAR FL. ROMANVS III. Porphyrogenitus, P. F. perpetuus Augustus.

ÆNEA.



Constantini VIII. Porphyrogeniti Jmp. filius, à quo Con-

Constantinopoli Augustus appellatus est, anno Domini c ∞ XLVII. & coronatus à Theophylacto Patriarcha. Imperauit annos XVII. Cum patre Constantino VIII. Aug. annos XV. Post mortem patris, imperare cœpit solus Augusti nomine circa Cal. Aug. Cum filiis Basilio & Constantino Cæsaribus Porphyrogenitis Anno Domini c ∞ LXII. imperauit plus minus annos II. Obiit Constantinopoli mense Iulio, Anno Domini c ∞ LXIV. ibique sepultus.

VXORES ROMANI III. IMP.

Bertha Romani III. Imp. vxor prima, filia Hugonis Regis Italiæ. Vixit cum marito per quinquennium. Obiit iuuenis ante maritum Byzantii absque prole, & sepulta Regio tumulo.

THEOPHANO quæ & Anastasia Romani III. Imperatoris altera vxor, parentibus plebeis & cauponariis orta, Theophanonis nomen accepit ab Imp. Constantino VIII. socero, cum prius Anastasia nominaretur. Peperit Basilium Iuniorem & Constantinum X. Imperatores, Theodoram vxorem Ioannis Zimiscæ Imperatoris, & Annam Valdimiri Rossorum Principis vxorem. Ipsa post vidua nupsit Nicephoro Phocæ Imperatori.

IMP. CÆSAR NICEPHORVS IVNIOR, PHOCAS, Bardæ fil. Nicephori nepos, Pius, Felix, perpetuus Augustus.



In

In vrbe Constantinopoli clarissimis natalibus ortus, ex Cappadocia oriundus studiis Joannis Curcuæ Magistri militum, & Romani Ducis, in Cappadocia ex priuato post mortem Romani Imperatoris Augustus appellatus est, mense Julio, anno Domini c ∞ LXIV. & coronatus Byzantii à Polyeucto Patriarcha. Imperauit annos VI. & menses VI. Occisus Constantinopoli XV. Calend. Januarii Anno Domini c ∞ LXX. insidiis Joannis Zimiscæ, ibique sepultus. Vixit annos LVII.

VXORES NICEPHORI Imperatoris.

. . . . Vxor prima Nicephori Imp. quæ Bardam filium peperit, qui à Pelusa inter ludendum hasta confossus periit. Ipsa obiit antequam Nicephorus Imperator fieret.

THEOPHANO Nicephori Phocæ Imper. altera vxor, vidua Romani III. Imperat. peperit Nicephoro filiam Theophanonem, Ottonis III. Imper. Occidentis coniugem. Adulterii consuetudinem habebat cum Zimisca, & eum attraxit per fenestram in Palatium, vt occideret Nicephorum Imperat. A Zimisca deinde in exilium acta est. Sed Basilio filio imperante per Basilium cubicularium in aulam reuocata est, & ibi vsq; ad mortem remansit. A filiis Regio monumento condita.




BARDAS PHOCAS NICEPHORI
Imperat. Pater Nobiliss. Cæsar.

AVREA.

369.





Creatus à filio Nicephoro initio Imperii sui, qui non longe post obiit, sepultus fuit Constantinopoli.


. . . . . . Vxor Bardæ Phocæ Tyranni, peperit filios Bardam Tyrannum, Nicephorum, cognomine Bestam, item filiam Sophiam, vxorem Constantini Scleri.

IMP. CÆSAR FL. JOANNES ZIMISCES,
Pius, Felix, perpetuus Augustus.

ÆNEA.

370.





Hic occiso Nicephoro Phoca Constantinopoli inuasit imperium VIII. Kal. Janu. anno Domini c∞ LXXI. ineunte, coronatus à Polieucto Patriarcha. Imperauit cum

cum Basilio & Constantino Cæsaribus, annos VI. menses VI. Veneno extinctus Byzantii, mense Iulio, anno Domini c ∞ LXXVII.

MARIA Joannis Zimiscæ Imp. vxor prima, quam priuatus adhuc duxit, & amisit antequam Imperator fieret, soror fuit Bardæ Scleri Tyranni, decessit sine sobole.

THEODORA Joannis Zimiscæ Imp. altera vxor, quam sibi copulauit connubio post assumptum imperium, filia Romani III. Imper. ex Theophanone secunda thalami consorte, soror Basilii II. & Constantini X. Imperatorum. Decessit sine sobole, aliquot annis post maritum, atq; Byzantii sepulta est.

BARDAS PHOCAS, LEONIS F.
Imperator.

Imperator appellatus contra Joannem Zimiscam, Cæsaræ in Cappadocia, ab exercitu Orientali, & non longe post victus, coactus est à Zimisca vt abdicaret, clericusque factus, relegatus est in Insulam Chium. Postea quum à Basilio restitutus fuisset, iterum ex Orientalium copiarum Domestico Tyrannidem in Oriente inuasit contra Basilium Imperat. à quo prælio victus, &, captus prope Abydum, occisus est

. . . . . . Vxor Bardæ Phocæ tyranni, peperit ei filium Nicephorum, Mulier honesta & pia. Fuit marito superstes.

IMP. CÆSAR FL. BASILIVS JVNIOR, Porphyrogenitus, Pius, Felix, PP. Augustus.





Natus Constantinopoli, Anno Domini c∞ LVII. filius Romani III. Imper. Cæsar appellatus à patre, cum fratre Constantino x. Exactus à Nicephoro, restitutus à Joanne Zimisca Imp. fuit: cum quo imperauit annos VI. menses VI. Imperator creatus est . . . . . Calend. Julii, die obitus Joannis Zimiscæ Anno Domini c∞ - LXXVI. cum fratre Constantino x. Ambo coronati ab Antonio Studite Patriarcha. Imperauit coniunctim annos XLIX. menses IV. Obiit Byzantii, circa Cal. Octobris Anno Domini ∞ XXVI. Vixit annos LXX.

ANNA Basilii Junioris Imperatoris vxor, soror Vladimeri Rossorum Principis, qui etiam sororem Annam Basilii iunctam matrimonio habebat. Decessit sine sobole Byzantii.

IMP.

IMP. CÆSAR FLAVIVS CONSTANTINVS X. *Porphyrogenitus, P. F. perpetuus Augustus.*

AVREA.



Natus Constantinopoli ex patre Romano III. Augusto, à quo cum fratre Basilio Cæsar creatus est, Anno Domini c∞ LX. Exactus Imperio cum fratre à Nicephoro, restitutus fuit à Io. Zimisca, cum quo & fratre Basilio iuniore imperauit annos VI. menses VI. Augustus appellatus est cum fratre Basilio, die obitus Ioannis Zimiscæ Constantinopoli VI. Calend. Iulii Anno Domini ∞ CCCCLXXVII. Imperauit annos LII. & menses aliquot, cum fratre Basilio annos XLIX. & menses IV. solus annos II. & menses XI. Imperare cœpit solus die obitus fratris sui, circa Cal. Octobris, Anno Domini ∞ XXVI. Obiit Constantinopoli circa Calend. Septembris Anno Domini ∞ XXIX. ibique sepultus. Vixit annos LXX. & menses aliquot.

HELENA Constantini X. Imp. vxor, filia Alipii patritii, peperit marito tres filias, Eudoxiam monialem, Zoën, vxorem trium Imperatorum, & Theodoram Imperatricem. Obiit ipsa Helena Constantinopoli ante maritum, à quo regio ornatu sepulta est.

BARDAS SCLERVS IMP.


Bardas Sclerus Tyrannidem arripiens in Asia con-

tra Impp. Basilium & Constantinum, Anno Domini c-
ꝏ LXXXII. bellum ciuile mouit, in quo prælio victus, in exilium actus est: restitutus, Curopalates creatus est, in qua dignitate diem obiit.

. . . . . . VxorBardæ Tyranni, mulier nobilis, quæ peperit marito præter alios liberos, filium Romanum, virum prudentem & fortem, & filiam Mariam Sclerenam, quæ Constantini XI. Monomachi Imp. concubina fuit. Decessit ante maritum.

IMP. CÆSAR ROMANVS IV. ARGVRVS,
Pius, Felix, perpetuus Augustus.

MONETA AVREA ROMANI.



Constantini X. Imperatoris per filiam Zoën gener, ab eo ex vrbis præfecto Cæsar appellatus est, atque eo mortuo, Constantinopoli Romanum suscepit Orientis Imperium, mense Septembri, Anno Domini ꝏ XXIX. Coronatus ab Alexio Patriarcha. Imperauit cum Zoë vxore annos V. & mens. VI. Suffocatus in balneo vxoris insidiis, circa Kalend. Martii Byzantii, Anno Domini ꝏ XXXV. Vixit annos XLVI.

VXORES ROMANI IV. IMP.

HELENA Romani Argyri Imp. vxor prima, quam priuatus adhuc duxit. Hæc voluntarium iniit cum marito diuortium, ne ipse oculis priuaretur, & vt posset commodi-

modius amplecti connubium cum Zoë Constantini x. Imp. filia, Ipon ingressa est monasterium, ac comam deposuit. Obiit triennio ante maritum Byzantii, An. Chr. ∞ xxxii. Nullos liberos habuit. Sepulta fuit à marito honorifice.

Zoë Romani Argyri Imp. vxor secunda, quæ ei dotis nomine obtulit Imperium Romanum, filia Constantini x. Imp. ex Helena Alipiana Augusta coniuge. Sororem Theodoram coëgit fieri Monacham. Medicamentis conata est suscipere sobolem, sed frustra. Adulterium commisit cum Michaele Paphlagone, quem post mariti cædem sibi copulans ad imperii fastigium euexit.

IMP. CÆSAR FL. MICHAEL IV. PAPHLAGO, P. F. perpetuus Augustus.

NVMISMA AVREVM MICHAELIS IV. IMPER.



Natus in Paphlagonia obscurissimis parentibus, Constantinopoli à Zoë Augusta maritus ascitus & Imperator appellatus est, occiso Argyro, circa Cal. Martii, Anno Domi. ∞ xxxv. Coronatus ab Alexio Patriarcha. Imperauit cum Zoë vxore annos vi. & menses vi. Sponte abdicauit, & monachus factus est in monasterio Anagyrorum in suburbio Byzantii à se condito, vbi aliquot diebus pòst obiit morbo aquæ intercutis, circa Cal. Septemb. Anno Domini ∞xli.

AVREA.



Zoë, Michaelis IV. Paphlagonis Imper. vxor, cum quo, marito primo Romano Argyro viuo adhuc, consuetudinem clam habuit, ac postea eum ad imperium euexit, qui tamen postmodum eius consuetudinem auersatus, relicto imperio clam, monachus factus est. Ipsa post, Michaelem V. adoptatum, Imperatorem fecit, à quo relegata est, sed à populo cum sorore ad imperium reducta, Michaele V. exacto, & relegato. Imperauit cum Theodora sorore aliquot menses: inde nupsit tertio, Constantino XI. Imp.

IMP. CÆSAR FL. MICHAEL V. CALAPHATES, Pius, Felix, perpetuus, Augustus.

ÆNEA.



Natus in Paphlagonia, ex Maria sorore Michaelis Paphlagonis Imp. quo procurante, à Zoë Augusta adoptatus

ptatus est, appellatusq; Imperator, abdicante Michaele IV. Constantinopoli, mense Augusto, Anno Domini ∞XLI. Coronatus ab Alexio Patriarcha. Imperauit cum Zoë Augusta menses IV. & dies V. Coactus à S. P. Q. Constantinopolitano, abdicauit, circa Calend. Ianuarii Anno Domini ∞XLII. & erutis oculis, cum patruo Constantino Cæsare relegatus est.

CONSTANTINVS NOB. CÆSAR.

ÆNEA.





Creatus à fratris sui filio Michaele Calaphate Imp. cum quo, oculis amissis, Imperio priuatus, & relegatus est.

ZOES ET THEODORA,
Piæ, Felices, Augustæ.

ÆNEA.





THEODORA Constantini x. Imp. ex Helena Augusta filia,

filia, soror Zoæ, à sorore monialis facta. Ex monasterio à populo extracta, & ad gubernationem imperii producta, cum Zoë contra Michaelem v. Calaphatem, quem oculis priuauit, sicuti Constantinum Nobilissimum. Post sororis & Monomachi Imp. obitum Imperium sola gubernauit per años II. plus minus. Moriens Michaelem Stratioticum Imp. declarat. Ipsa deinde septuagenaria moritur Constantinopoli, mense Augusto Anno Domini ∞LVI. ibiq; sepelitur.

Zoe Constantini XI. Monomachi Imp. vxor tertia, vidua Michaelis IV. Imp. ipsa senex libidine adhuc flagrans Monomachum sibi copulauit, & ad imperium euexit, quæ mariti cum Sclerena concubina congressus iniquo ferens animo, Zelotypia extincta est, Anno ætatis LXX. Byzantii, & à Monomacho Regio monumento humata.

IMP. CÆSAR FL. CONSTANTINVS XI. MOnomachus, Pius, Felix, PP. Augustus.

ÆNEA

379.





Qui Constantinopoli Imperator appellatus à Zoe Augusta die Paschatis III. Idus Aprilis, anno Domini ∞XLII. coronatus est ab Alexio Patriarcha. Imperauit cum Zoe & Theodora Augustis annos XII. menses VIII. Zoe Augusta obiit Constantinopoli, aliquot annis ante mortem Monomachi, Imp. vero Constantinus ipse XI. Byzantii,

zantii obiit, circa Cal. Decembris Anni ∞ L I V. Sepultus in Monasterio Mangania à se condito.

. . . . . . Constantini Monomachi Imper. vxor prima, quæ priuato nupsit, & eò adhuc priuato sine sobole defuncta est Byzantii.

. . . . . . Constantini XI. Monomachi secunda vxor, soror Romani Argyri Imperatoris. Decessit dum adhuc maritus priuatam ageret vitam, nec Imperator esset.

MARIA SCLERENA Constantini XI. Monomachi Imp. concubina, Bardæ Scleri Tyranni filia, comitata est ipsum in exilium. Ipse Imperator factus, consentiente Zoe Augusta, eam ex exilio reuocauit, & prope palatium habitare iussit, denique consensu Zoæ in Palatium eam deduxit, & cum ea rem habuit, Zoe Imperatrice sene conniuente, eam ardenter amauit. Obiit ante Monomachum in flore ætatis.

. . . . . . Constantini XI. Monomachi Imperat. concubina, Principis cuiusdam filia, obses Romanis data pulcherrima, quam, mortua Sclerena, in palatium assumpsit, & regio vestitu & comitatu condonauit: Sed mortuo Monomacho ad pristinum vitæ genus redire coacta fuit.

GEORGIVS MANIAX IMP.


Georgius Maniax, Imperium in Italia arripiens, bellum ciuile Monomacho excitauit, moxque in Epirum transiens, occisus est.

. . . . . . Vxor Georgii Maniacis Tyranni, quæ peperit filium Theophylactum. Subacta fuit à Romano Sclero: quæ res etiam causa fuit, vt Maniaces tyrannidem occuparet. Marito fuit superstes.

THEOPHILVS EROTICVS
Imperator.

ÆNEA.





Theophilus ex Prætore Cyprio, in ea insula Tyrannidem inuadens, occisus est.

LEO TORNITIVS
Imperator.





Leo Thornitius, in Thracia apud Hadrianopolin Imp. appellatus, bellum ciuile & ipse Monomacho mouit, à quo prælio victus & captus, oculis priuatus est, & relegatus, &c.


THEODORA AVGVSTA,
Pia, Felix.

Zoes Augustæ soror, post Monomachi mortem Imperium Orientis assumpsit, circa Calend. Decembris, Anno

Anno Domini ∞ LIV. quod virili animo annum I. & menses IX. administrauit. Obiit Constantinopoli mense Septemb. Anno ∞ LVI.

IMP. CÆSAR FL. MICHAEL VI. SENIOR Stratioticus, Pius, Felix, Augustus.

ÆNEA.



Byzantii ortus, & à Theodora Augusta adoptatus, Imperium Orientis post eius mortem per annum gubernauit, coronatus à Michaele Cerulario Patriarcha, mense Septembri, Anno Domini ∞ LVI. Coactus ab Isaacio Comneno abdicauit, circa Calend. Septembris, Anno Domini ∞ LVII. & non longe post mortuus est.

An vxorem habuerit, incertum.

IMP. CÆSAR ISAACIVS COMNENVS, Pius, Felix, perpetuus Augustus.



Natus Constantinopoli, clarissimis & nobilissimis

parentibus, Jmp. appellatus in Oriente contra Michaelem Seniorem Augustum, ex Magistro exercitus Orientalis, adiuuantibus Augusto Cathaclone, Magistro copiarum Orientalium, & Bryennio Magistro copiarum Græcanicarum. Coronatus Byzantii à Michaele Cerulario Patriarcha, mense Septembri, anno Domini ∞ LVII. Jmperauit annos II. & menses III. Sponte abdicauit mense Decembri & monachus factus est in monasterio Studii, anno Domini ∞ LIX. vbi mortuus est.

MARIA Jsaacii Comneni Jmp. vxor, Aaronis Ducæ viri nobilissimi filia: Peperit Jsaacio Jmper. quatuor filios Jsaacium, Alexium. Hadrianum & Nicephorum Comnenos, item duas filias, Annam, vxorem Michaelis Tronitis, & Mariam Nicephori Melisseni coniugem. Marito superstes, à filio Alexio Jmperatore facto ad gubernacula reuocata est. Demum secessit in Pontepapti mansionem, à se extructam, in qua senex obiit, & Regio illata monumento fuit ab Alexio filio Imperatore.

IMP. CÆSAR FL. CONSTANTINVS XII. DVCAS Andronici fil. P.F.PP. Augustus.

ÆNEA.



384



Imperator appellatus Constantinopoli ab Isaacio Imp. paulo antequam abdicasset, & coronatus à Constantino Lychude Patriarcha, VIII. Calend. Ianuarii, Anno

Anno Domini ineunte ∞LX. die Natalis Domini. Imperauit cum fratre Joanne, & filiis Michaele, Andronico & Constantino, quos Cæsares creauerat, annos VII. & menses VI. Obiit Constantinopoli, Nonis Junii, An. Domini ∞LXVII. Vixit annos LX.

EVDOXIA Constantini XII. Imperat coniunx, peperit filios Michaelem, Andronicum, & Constantinum XIII. Ducas Cæsares, item filias Annam, Theodoram, & Zoen. Marito spopondit, se non transituram ad secundas nuptias, quod non præstitit. Gubernauit aliquamdiu cum filiis imperium, inter filios media incedens & sedens. Post demum Romanum Diogenem in thalami & imperii consortem acceptauit.

IMPERATOR CÆSAR FLAVIVS ROMANVS V. Diogenes, Constantini filius Augustus.

ÆNEA.

385.





Imperator & maritus appellatus ab Eudoxia Augusta Byzantii, Idibus Januarii, Anno Domini ∞LXVIII. ex Magistro & Duce Orientalis exercitus, & coronatus fuit à Joanne Xiphilino Patriarcha. Imperauit cum Eudoxia Augusta, Joanne, Michaele, Andronico & Constantino Porphyrogenito, Cæsaribus, annos III. menses VIII. & dies XII. Imperio exactus est à S.P.Q.

Constantinopolitano, circa Cal. Octobris, Anno ∞. LXXI. oculisq; erutis, in insulam Proten relegatus, vbi non longe post mortuus est.

EVDOXIA Romani Diogenis Imper. vxor, vidua Constantini XII. Ducæ Imp. quæ contra fidem & iuramentum priori marito præstitum, Romano nupsit, & eum ad imperium euexit, peperit Diogeni huic filium Nicephorum Diogenem, qui contra Alexium Comnenum Imp. Tyrannidem inuasit. Romano marito defuncto Regium extruxit monumentum. Ipsam Joannes Ducas, primi mariti frater, capto Romano Diogene à Sultano, à gubernatione remouens, in domicilium Propontidis à se extructum detrusit, vbi interiit.

IMP. CÆSAR FL. MICHAEL VII. DVCAS Parapinacius, P. F. perpetuus Augustus.

ÆNEA.

586.





Constantini Ducæ Imp. filius, natus Constantinopoli, vbi à patre, cum Joanne patruo suo, & fratribus Andronico & Constantino, Cæsar appellatus est, Anno Dom. ∞LX. Imperauit sub Cæsaris nomine cum patre, patruo, fratribus, & vitrico Romano Diogene Augusto, annos plus minus XII. Augustus appellatus est Byzantii, exacto Romano, circa Calendas Octobris, Anno Domini ∞LXXI. coronatus à Joanne Xiphilino Patri-

Patriarcha. Imperauit annos VI. & menses VI. cum patruo Joanne & fratribus Cæsaribus annos plus minus III. His abdicantibus, cum filio Constantino XIII. Duca Augusto, annos III. & menses VI. Coactus à Nicephoro Botaniate Imperatore abdicauit, VII. Idus Aprilis, An. Domini ∞LXXVIII. & monachus factus est in monasterio Studii, & non longe post Metropolites Ephesi creatus, obiit in monasterio Manuelis.

Maria Alana, Michaelis VII. Imp. vxor, Principis Alanorum filia, peperit marito filium Constantinum XIII. Ducam Imperatorē. Cum maritus à Botaniato, Imperio priuatus & in monasterium detrusus esset, ipsa eo viuente à Nicephoro Botoniate in vxorem ducta est, quod factum tamen ille, veniam ei petenti, postea condonauit & remisit.

NICEPHORVS BRYENNIVS IMP.

AVREA.



Ex Duce Dyrrachii Imperium arripuit contra Michaelem VII. Anno Domini ∞LXXVIII. Imperauit menses aliquot. Prælio ab Alexio Comneno, Nicephori Botaniatis Imp. Duce, victus, captus est, dignitateque & oculis priuatus.

. . . . . Vxor Nicephori Brienni Tyranni, matrona forma & virtutibus clara, peperit marito duos filios,

lios, Nicephorum & alium innominatum. Fuit marito superstes.

FL. JOANNES DVCAS ANDRONICI F. Nobiliss. Cæsar.

FL. ANDRONICVS DVCAS.

FL. CONSTANTINVS DVCAS, PORPHYROGEnitus Nob. Cæsares. filii Constantini XII. Imp. Ducæ fratres Parapinacei.




Creati à Constantino XII. Duca Augusto, An. Domini ∞ LX. Imperarunt cum Constantino XII. Duca, Romano V. Diogene, & Michaele VII. Parapinaceo Augustis, annos XV. & menses aliquot. Coacti omnes à Parapinaceo Augusto abdicarunt, anno Domini ∞ LXXV. ex quibus Joannes monachus factus est, Andronicus relegatus, Constantinus vero, quum Imperium contra Nicephorum Botoniatem assumpsisset, Chrysopoli in Asia prælio victus, captus est, clericusq; factus, in insulam relegatus fuit, circa annum Domini ∞ LXXIX.

. . . . . . Vxor Joannis Ducæ Cæsaris. Peperit marito præter alios innominatos liberos, duos filios, Andronicum & Constantinum Ducas, viros militia claros. Fuit marito superstes.

IMP.

IMP. CÆSAR FL. CONSTANTINVS XIII.
Ducas P. F. perpetuus Augustus.

AVREA.



Imperator appellatus fuit à patre Parapinaceo Byzantii, Anno Domini ∞LXXIV. & coronatus à Joanne Xyphilino Patriarcha. Imperauit annos plus minus VII. cum patre annos III. & menses VI. Cum Nicephoro Botoniate Augusto, annos II. à quo priuatus, & post restitutus fuerat: cum Alexio Comneno Imperatore annos plus minus II. Coactus ab Alexio Comneno Augusto abdicauit, & non longe post Dyrrachii in prælio pugnans contra Robertum Guiscardum Nortmandorum Ducem, occisus est.

HELENA, Constantini XIII. Imp. coniunx, seu potius sponsa, filia Roberti Nordmannorum in Italia Principis, à patre ei in cunis adhuc desponsata fuit, & à socero Helenæ nomen ei impositum, cum aducta esset Byzantium, quæ ab Italis alio nomine appellabatur.

ANNA Constantini XIII. Imperatoris sponsa, filia Alexii Comneni & Irenæ Ducæ. Sed cum ante diem nuptiarum ipse obiisset, parentes eam nuptui dederunt Nicephoro, Briennii Tyranni filio.

IMPERATOR CÆSAR FL. CONSTANTINVS XIII. Ducas Parapinacei, Pius, Felix, Augustus.

FLAVIVS ISAACIVS COMNENVS, Sebastocrator, i. Augustus, Imperator.

ÆNEA.



. . . . Vxor Isaacii Comneni Sebastocratoris, peperit præter alios liberos marito etiam filium Joannem, quem Joannes patruelis Imp. Anubitorem fecit. Fuit marito superstes.

FLAVIVS HADRIANVS COMNENVS, Prosebastes, i. Primaugustus.

FLAVIVS NICEPHORVS COMNENVS, Sebastes, i. Augustus, & Classis Drungarius.

FLAVIVS MICHAEL TARONITIVS, Panhypersebastes, i. Omnium Augustissimus.

Anna vxor Michaelis Taronitii, Panhypersebastis, filia Isaacii Comneni, ex Irene Ducissa Augusta, peperit filium Gregorium, à Joanne Imperatore auunculo Protonostiani dignitate exornatum.

FL

FL. NICEPHORVS MELLISENVS, *Nob. Cæsar.*

MARIA vxor Nicephori Melisseni Cæsaris, filia Isaacii Comneni Imp. ex Irene Augusta, soror Joannis Imp.

IMP. CÆSAR FL. JOANNES COMNENVS *Porphyrogenitus, P.F. PP. Augustus.*

EIRENE Joannis Comneni Imperatoris vxor, filia regis Hungariæ, mulier honesta & casta, peperit Joanni filios quatuor, Alexium, Andronicum, Jsaacium & Manuelem. Item filias aliquot, & inter eas vnam Mariam appellatam.

FL. ANDRONICVS COMNENVS *Sebastocrator.*

. . . . . . Andronici Comneni Sebastocratoris vxor, peperit filios, Joannem Protosebastem, & Alexium Sebastocratorem. Item tres filias, Mariam vxorem Theodori Dasiotæ, & post Joannis Cantacuzeni, Theodoram, concubinam Manuelis Imper. & Eudoxiam, concubinam Andronici Imperat. & vxorem Michaelis Gabræ.

FL. JSAACIVS COMNENVS, NOBILISS. *Cæsar, postea Sebastocrator.*

THEODORA Jsaacii Comneni Sebastocratoris, filii Joannis Imp. vxor, peperit Joannem Protosebastem, & pocillatorem Andronici Comneni Jmper. tres filias: Theodoram, Balduini Regis Hierosolymitani vxorem, & Andronici Comneni Jmper. concubinam, Mariam, vxorem Regis Hungariæ. Tertia fuit coniunx Constantini Macroducæ.



FL.

THEOPHILVS EROTICVS
Imperator.

ÆNEA.

380.




Theophilus ex Prætore Cyprio, in ea insula Tyrannidem inuadens, occisus est.

LEO TORNITIVS
Imperator.

381.




Leo Thornitius, in Thracia apud Hadrianopolin Imp. appellatus, bellum ciuile & ipse Monomacho mouit, à quo prælio victus & captus, oculis priuatus est, & relegatus, &c.

THEODORA AVGVSTA,
Pia, Felix.


Zoes Augustæ soror, post Monomachi mortem Imperium Orientis assumpsit, circa Calend. Decembris, Anno

Anno Domini ∞ LIV. quod virili animo annum I. & menses IX. administrauit. Obiit Constantinopoli mense Septemb. Anno ∞ LVI.

IMP. CÆSAR FL. MICHAEL VI. SENIOR Stratioticus, Pius, Felix, Augustus.

ÆNEA.

382.



Byzantii ortus, & à Theodora Augusta adoptatus, Imperium Orientis post eius mortem per annum gubernauit, coronatus à Michaele Cerulario Patriarcha, mense Septembri, Anno Domini ∞ LVI. Coactus ab Isaacio Comneno abdicauit, circa Calend. Septembris, Anno Domini ∞ LVII. & non longe post mortuus est.

An vxorem habuerit, incertum.

IMP. CÆSAR ISAACIVS COMNENVS, Pius, Felix, perpetuus Augustus.

383



Natus Constantinopoli, clarissimis & nobilissimis

 paren-

parentibus, Jmp. appellatus in Oriente contra Michaelem Seniorem Augustum, ex Magistro exercitus Orientalis, adiuuantibus Augusto Cathaclone, Magistro copiarum Orientalium, & Bryennio Magistro copiarum Græcanicarum. Coronatus Byzantii à Michaele Cerulario Patriarcha, mense Septembri, anno Domini ∞ LVII. Jmperauit annos II. & menses III. Sponte abdicauit mense Decembri & monachus factus est in monasterio Studii, anno Domini ∞ LIX. vbi mortuus est.

MARIA Jsaacii Comneni Jmp. vxor, Aaronis Ducæ viri nobilissimi filia: Peperit Jsaacio Jmper. quatuor filios Jsaacium, Alexium. Hadrianum & Nicephorum Comnenos, item duas filias, Annam, vxorem Michaelis Tronitis, & Mariam Nicephori Melisseni coniugem. Marito superstes, à filio Alexio Jmperatore facto ad gubernacula reuocata est. Demum secessit in Pontepapti mansionem, à se extructam, in qua senex obiit, & Regio illata monumento fuit ab Alexio filio Imperatore.

IMP. CÆSAR FL. CONSTANTINVS XII. DVCAS Andronici fil. P.F.PP. Augustus.

ÆNEA.





Imperator appellatus Constantinopoli ab Isaacio Imp. paulo antequam abdicasset, & coronatus à Constantino Lychude Patriarcha, VIII. Calend. Ianuarii, Anno

Anno Domini ineunte ∞LX. die Natalis Domini. Imperauit cum fratre Joanne, & filiis Michaele, Andronico & Constantino, quos Cæsares creauerat, annos VII. & menses VI. Obiit Constantinopoli, Nonis Junii, An. Domini ∞LXVII. Vixit annos LX.

EVDOXIA Constantini XII. Imperat coniunx, peperit filios Michaelem, Andronicum, & Constantinum XIII. Ducas Cæsares, item filias Annam, Theodoram, & Zoen. Marito spopondit, se non transituram ad secundas nuptias, quod non præstitit. Gubernauit aliquamdiu cum filiis imperium, inter filios media incedens & sedens. Post demum Romanum Diogenem in thalami & imperii consortem acceptauit.

IMPERATOR CÆSAR FLAVIVS ROMANVS V. Diogenes, Constantini filius Augustus.

ÆNEA.



Imperator & maritus appellatus ab Eudoxia Augusta Byzantii, Idibus Januarii, Anno Domini ∞LXVIII. ex Magistro & Duce Orientalis exercitus, & coronatus fuit à Joanne Xiphilino Patriarcha. Imperauit cum Eudoxia Augusta, Joanne, Michaele, Andronico & Constantino Porphyrogenito, Cæsaribus, annos III. menses VIII. & dies XII. Imperio exactus est à S. P. Q.

Conſtantinopolitano, circa Cal. Octobris, Anno ∞. LXXI. oculiſq; erutis, in inſulam Proten relegatus, vbi non longe poſt mortuus eſt.

EVDOXIA Romani Diogenis Imper. vxor, vidua Conſtantini XII. Ducæ Imp. quæ contra fidem & iuramentum priori marito præſtitum, Romano nupſit, & eum ad imperium euexit, peperit Diogeni huic filium Nicephorum Diogenem, qui contra Alexium Comnenum Imp. Tyrannidem inuaſit. Romano marito defuncto Regium extruxit monumentum. Ipſam Joannes Ducas, primi mariti frater, capto Romano Diogene à Sultano, à gubernatione remouens, in domicilium Propontidis à ſe extructum detruſit, vbi interiit.

IMP. CÆSAR FL. MICHAEL VII. DVCAS Parapinacius, P. F. perpetuus Auguſtus.

ÆNEA.



Conſtantini Ducæ Imp. filius, natus Conſtantinopoli, vbi à patre, cum Joanne patruo ſuo, & fratribus Andronico & Conſtantino, Cæſar appellatus eſt, Anno Dom. ∞LX. Imperauit ſub Cæſaris nomine cum patre, patruo, fratribus, & vitrico Romano Diogene Auguſto, annos plus minus XII. Auguſtus appellatus eſt Byzantii, exacto Romano, circa Calendas Octobris, Anno Domini ∞LXXI. coronatus à Joanne Xiphilino


Patri-

Patriarcha. Imperauit annos VI. & menses VI. cum patruo Joanne & fratribus Cæsaribus annos plus minus III. His abdicantibus, cum filio Constantino XIII. Duca Augusto, annos III. & menses VI. Coactus à Nicephoro Botaniate Imperatore abdicauit, VII. Idus Aprilis, An. Domini ∞LXXVIII. & monachus factus est in monasterio Studii, & non longe post Metropolites Ephesi creatus, obiit in monasterio Manuelis.

MARIA ALANA, Michaelis VII. Imp. vxor, Principis Alanorum filia, peperit marito filium Constantinum XIII. Ducam Imperatorē. Cum maritus à Botaniato, Imperio priuatus & in monasterium detrusus esset, ipsa eo viuente à Nicephoro Botoniate in vxorem ducta est, quod factum tamen ille, veniam ei petenti, postea condonauit & remisit.

NICEPHORVS BRYENNIVS IMP.

AVREA.



Ex Duce Dyrrachii Imperium arripuit contra Michaelem VII. Anno Domini ∞LXXVIII. Imperauit menses aliquot. Prælio ab Alexio Comneno, Nicephori Botaniatis Imp. Duce, victus, captus est, dignitateque & oculis priuatus.

. . . . . Vxor Nicephori Briennii Tyranni, matrona forma & virtutibus clara, peperit marito duos filios,

lios, Nicephorum & alium innominatum. Fuit marito superstes.

FL. JOANNES DVCAS ANDRONICI F. Nobiliss. Cæsar.

FL. ANDRONICVS DVCAS.

FL. CONSTANTINVS DVCAS, PORPHYROGENITUS Nob. Cæsares. filii Constantini XII. Imp. Ducæ fratres Parapinacei.



Creati à Constantino XII. Duca Augusto, An. Domini ∞ LX. Imperarunt cum Constantino XII. Duca, Romano V. Diogene, & Michaele VII. Parapinaceo Augustis, annos XV. & menses aliquot. Coacti omnes à Parapinaceo Augusto abdicarunt, anno Domini ∞ LXXV. ex quibus Joannes monachus factus est, Andronicus relegatus, Constantinus vero, quum Imperium contra Nicephorum Botoniatem assumpsisset, Chrysopoli in Asia prælio victus, captus est, clericusq; factus, in insulam relegatus fuit, circa annum Domini ∞ LXXIX.


. . . . . . Vxor Joannis Ducæ Cæsaris. Peperit marito præter alios innominatos liberos, duos filios, Andronicum & Constantinum Ducas, viros militia claros. Fuit marito superstes.

IMP.

IMP. CÆSAR FL. CONSTANTINVS XIII.

Ducas P.F. perpetuus Augustus.

AVREA.




Imperator appellatus fuit à patre Parapinaceo Byzantii, Anno Domini ∞LXXIV. & coronatus à Joanne Xyphilino Patriarcha. Imperauit annos plus minus VII. cum patre annos III. & menses VI. Cum Nicephoro Botoniate Augusto, annos II. à quo priuatus, & post restitutus fuerat: cum Alexio Comneno Imperatore annos plus minus II. Coactus ab Alexio Comneno Augusto abdicauit, & non longe post Dyrrachii in prælio pugnans contra Robertum Guiscardum Nortmandorum Ducem, occisus est.

HELENA, Constantini XIII. Imp. coniunx, seu potius sponsa, filia Roberti Nordmannorum in Italia Principis, à patre ei in cunis adhuc desponsata fuit, & à socero Helenæ nomen ei impositum, cum aduecta esset Byzantium, quæ ab Italis alio nomine appellabatur.

ANNA Constantini XIII. Imperatoris sponsa, filia Alexii Comneni & Irenæ Ducæ. Sed cum ante diem nuptiarum ipse obiisset, parentes eam nuptui dederunt Nicephoro, Brennii Tyranni filio.

IMP. CÆS. FL. NICEPHORVS III. BOTONIATES, *Pius, Felix, perpetuus, Augustus.*

AVREA.



Imperator appellatus in Asia, ex Duce Orientalis exercitus, VIII. Calend. Aprilis, Anno Domini ∞LXXVIII. Constantinopoli exacto Michaele VII. coronatus à Cosma Patriarcha, III. Idus April. feria III. post Pascha. Imperauit annos III. & dies VIII. cum Constantino XIII. Duca Augusto. Coactus ab Alexio Comneno Isaaci Imp. filio, quem Megadomesticum creauerat, Constantinopoli abdicauit, Calend. April. Anno Domini ∞LXXXI. & monachus factus est in monasterio Periplepτæ, vbi paulo post obiit, & sepultus est.

. . . . Vxor Nicephori III. Botoniatæ Imperatoris prima, quam priuatus adhuc existens duxit, & sine liberis amisit, anno imperii sui secundo.

MARIA ALANA Nicephori III. Botoniatæ Imp. secunda vxor, vidua Michaelis Ducæ Parapinacei Imper. quam Botoniates sibi iunxit connubio, Michaele in monasterio vitam agente. Marito Botoniate abdicante imperium, habitauit regio comitatu in Manganico Palatio cum filio Constantino XIII. Cæsare, & ab Alexio Comneno Imp. coacta, fit monialis. Peperit Botoniati filiolum Nicephorum.

NICE-

NICEPHORVS BASILACEVS
Protoproedros Imperator.

Ex Duce Dyrrachii Theſſalonicæ Imperium inuaſit, atque non longe poſt à Nicephori Botoniatis Duce Alexio Comneno captus, oculis & Imperio priuatus eſt.

IMP. CÆSAR ALEXIVS COMNENVS
Iſaaci Auguſt. F. Pius, Felix, perpetuus Auguſtus.

ÆNEA.





Imperator appellatus Hadrianopoli in Thracia, contra Nicephorum, menſe Martio, ex Duce exercitus Nobiliſſimo & Megadomeſtico. Ingreſſus Conſtantinopolim, exacto Nicephoro Botoniate Calend. Aprilis, coronatus fuit à Coſma Patriarcha pridie Nonas Aprilis, die Paſchatis, Anno Domini ∞XXCI. Imperauit annos XXXVII. menſes IV. & dies XV. Obiit Conſtantinopoli, XVIII. Calend. Septembris, Anno Domini ∞CXIIX. ibique ſepultus. Vixit annos LXX.

Irena Alexii Comneni Imperatoris vxor, ex qua Caloioannem, & Iſaacium filios, filiaſque progenuit.



IMP.

IMPERATOR CÆSAR FL. CONSTANTINVS XIII. Ducas Parapinacei, Pius, Felix, Augustus.

FLAVIVS ISAACIVS COMNENVS, Sebastocrator, i. Augustus, Imperator.

ÆNEA.



. . . . Vxor Isaacii Comneni Sebastocratoris, peperit præter alios liberos marito etiam filium Joannem, quem Joannes patruelis Imp. Anubitorem fecit. Fuit marito superstes.

FLAVIVS HADRIANVS COMNENVS, Prosebastes, i. Primaugustus.

FLAVIVS NICEPHORVS COMNENVS, Sebastes, i. Augustus, & Classis Drungarius.

FLAVIVS MICHAEL TARONITIVS, Panhypersebastes, i. Omnium Augustissimus.

Anna vxor Michaelis Taronitii, Panhypersebastis, filia Isaacii Comneni, ex Irene Ducissa Augusta, peperit filium Gregorium, à Joanne Imperatore auunculo Protonostiani dignitate exornatum.

FL

FL. NICEPHORVS MELLISENVS, *Nob. Cæsar.*

MARIA vxor Nicephori Melisseni Cæsaris, filia Isaacii Comneni Imp. ex Irene Augusta, soror Joannis Imp.

IMP. CÆSAR FL. JOANNES COMNENVS *Porphyrogenitus, P.F. PP. Augustus.*

EIRENE Joannis Comneni Imperatoris vxor, filia regis Hungariæ, mulier honesta & casta, peperit Joanni filios quatuor, Alexium, Andronicum, Isaacium & Manuelem. Item filias aliquot, & inter eas vnam Mariam appellatam.

FL. ANDRONICVS COMNENVS *Sebastocrator.*

. . . . . . Andronici Comneni Sebastocratoris vxor, peperit filios, Joannem Protosebastem, & Alexium Sebastocratorem. Item tres filias, Mariam vxorem Theodori Dasiotæ, & post Joannis Cantacuzeni, Theodoram, concubinam Manuelis Imper. & Eudoxiam, concubinam Andronici Imperat. & vxorem Michaelis Gabræ.

FL. ISAACIVS COMNENVS, NOBILISS. *Cæsar, postea Sebastocrator.*

THEODORA Isaacii Comneni Sebastocratoris, filii Joannis Imp. vxor, peperit Joannem Protosebastem, & pocillatorem Andronici Comneni Imper. tres filias: Theodoram, Balduini Regis Hierosolymitani vxorem, & Andronici Comneni Imper. concubinam, Mariam, vxorem Regis Hungariæ. Tertia fuit coniunx Constantini Macroducæ.

FL.

FL. NICEPHORVS BRYENNIVS NICEPHORI F.
Panhyperfebaftes, poft Nob. Caf.

ANNA COMNENA Nicephori Bryennii Cæfaris vxor, filia Alexii Comneni Imp. & Irenæ Duciffæ Auguftæ, matrona doctiffima & eloquentiffima, quæ rebellionem & infidias contra Joannem Comnenum Imperatorem fratrem concitauit, peperit marito filium Alexium. Ipfa marito fuit fuperftes.

FL. NICEPHORVS CATACLO, PHORBENI F.
Panhyperfebaftes.

Sex priores initio Imperii Alexii Augufti creati funt, quinque pofteriores variis temporibus, imperaruntque cum eo multos annos. Mox paulatim vel abdicarunt, vel mortui funt, folufque cum patre Alexio Imperator reliquus fuit Joannes Porphyrogenitus.

MARIA COMNENA Nicephori Cataclonis vxor, filia Alexii Comneni Imp. ex Irena Augufta, peperit marito filium Andronicum.

IMP. ALEXIVS AVGVSTVS.


Eirenes Augufta Ducas, Ioannis, Ducæ Cæfaris neptis, vxor Alexii Imp. ex qua nati funt Joannes Porphyrogenitus, Ifaacius, Andronicus, Anna vxor Nicephori Bryennii, Maria vxor Nicephori Cataclonis, poftea vxor Gregorii Theodori, Gabræ filii, Theodora vxor Conftantini Angeli Philadelphienfis, & Eudoxia vxor . . . . .



IMP.

IMPERATOR CÆSAR FL. IOANNES
Iunior Comnenus Porphyrogenitus, P.F. Augustus.

ÆNEA.



Imperare cœpit solus Constantinopoli, mortuo patre Alexio Imperatore, à quo multo tempore ante eius obitum creatus fuerat Augustus, XVIII. Cal. Septembr. anno Domini ∞CXVIII. & coronatus à Nicolao Grammatico Patriarcha. Imperauit annos XXIV. menses VIII. & dies aliquot. Obiit mense Aprili, in loco, qui dicitur Pratum Palliorum, sub Anauarza Ciliciæ vrbe, anno Domini ∞CXLIII. Cadauer Constantinopolim translatum, ibidemq; sepultum est.

EIRENE Augusta vxor Joannis Comneni, Hungarorum Regis filia, ex qua nati sunt, Alexius Imper. designatus. Andronicus Sebastocrator. Isaacius Sebastocrator, & Manuel Imperator. Mortui omnes ante patrem.

ALEXIVS COMNENVS
Joannis F. Imp. designatus.

Mortuus ante patrem, & Constantinopoli sepultus, in Ecclesia SS. XII. Apostolorum.

IMPERATOR CÆSAR FL. MANVEL COMNENVS *Porphyrogenitus, Pius, Felix, perpetuus Augustus.*

AVREÆ.





Imperare cœpit mortuo patre Joanne Imp. apud Anauarzam Ciliciæ vrbem, mense Aprili, anno Domini ∞ CXLIII. Coronatus Byzantii à Michaele Oxyta Patriarcha. Imperauit annos XXXVII. menses V. & dies aliquot. Obiit Constantinopoli V. nonas Octobris, Anno Domini ∞CXXC. ibique sepultus in monasterio Pantocratoris. Vixit annos plus minus LXI.

VXORES MANVELIS *Imperatoris.*

EIRENE Manuelis Comneni Imp. vxor I. Matrona honestissima, plus animi quam corporis pulchritudinem curans, filia Comitis Sulzbarensis in Bauaria, soror Augustæ Gertrudis, vxoris Conradi Regis Occidentalis Romanorum. Peperit filiam Mariam, præter alias, quæ infantes obierunt. Obiit ante maritum, & à marito Imperatore in Pantocratoris monasterio Byzantii sepulta fuit.

MARIA siue XENES Manuelis Comneni Imp. altera vxor, filia Petebini Antiocheni Principis, soror Balduini, marito peperit filium, Alexium II. Porphyrogenitum Imp. Fuit marito superstes. Adulterata post ab

Alexio

Alexio Comneno Protonostiario. Ab Andronico Comneno, qui factus est Imperator, proditionis insimulata fuit, & tandem ab ipso innocens morte damnata, & suffocata, cadauerque eius in littore maris in arena reconditum.

Theodora Comnena Manuelis Imp. concubina, Andronici Comneni filia, & Ioannis Imp. neptis, peperit ei nothum Alexium, ab Imperatore magnopere adamata, & Regio comitatu decorata, vt Reginæ instar viueret. Mulier fuit fastuosa & arrogans.

FLAVIVS JOANNES NOB. CÆSAR.

Rainerius antea vocatus, filius Guilhelmi Marchionis Montis Ferrati à Manuele Imperatore gener ascitus, mutato nomine Cæsar creatus, paulo ante obitum suum, Anno Domini ∞cxxc.

Maria Comnena vxor Rainerij siue Joannis Cæsaris, filia Manuelis Imp. soror Alexij II. Comneni Imp. tumultum & seditionem Byzantij excitauit contra Alexium Comnenum Protosebastum & Xenam nouercam Imperatricem. Fuit primo Alexio Regis Hungariæ filio iuncta matrimonio. Obijt autem sine sobole ex insidiis Andronici Comneni Imperatoris veneno, Anno Domini ∞cxxciv. Anno ætatis xxxvii. post maritum Joannem.

IMP. CÆSAR ALEXIVS COMNENVS JVNIOR *Porphyrogenitus*, P.F. Aug.

Natus Constantinopoli, Anno Domini ∞clxviii. ex Manuele Imperatore, vbi eo mortuo v. Nonas Octobris, Anno Domini ∞cxxc. imperare cœpit. Coronatus à Basilio Camatero Patriarcha, imperauit annos iii. & dies aliquot. Occisus fuit . . . . Octob. vi Andronici Comneni propinqui sui, An. Dom. ∞cxxciii. cadauerq; eius in mare proiectum. Vixit annos plus minus xv.

ANNA siue AGNES Alexii II. Comneni Imp. vxor, seu verius sponsa, filia regis Galliæ Ludouici VIII. Pii Iunioris, Ludouici VII. Crassi Regis neptis, Soror Philippi III. Hanc occiso Alexio II. Imp. sponso, Andronicus Comnenus Imperator sibi thalami consortem fecit.

IMPERATOR CÆSAR ANDRONICVS
Comnenus, Isaacii F. Alexii Imp. nepos, Pius, Felix, perpetuus Augustus.

ÆNEA.



Hic Constantinopoli, occiso Alexio imperatore, & Sebastocratore, inuasit Imperium.... Octobris, anno Domini ∞CXXCIII. Coronatus à Basilio Camatero Patriarcha. Imperauit annum I. menses XI. & dies aliquot. Imperio exactus Byzantii tumultu militari, pridie Idus Septembris, anno Domini ∞CXXCV. & non longe post crudelissime interfectus est.

VXORES ANDRONICI COMNENI
Imperatoris.

..... Vxor Andronici Comneni Imperatoris prima, matrona nobilis & honestissima, quam duxit priuatus. Cum ipse in carcere delitesceret, à custodibus fuit incarcerata, quasi conscia ipsius fugæ, vnde impraegnata in carcere, post filium Joannem peperit. Susce-

Suscepit præterea ex eo filium Manuelem,& filiam Mariam. Obiit antequam imperio potiretur. Eius reliquias postea ipse Imp. ex monasterio transtulit in SS. XII. Apostolorum ædem à se renouatam.

ANNA Andronici Comneni Imp. vxor altera, vidua Alexii II. Comneni Imp. Ludouici VII. Regis Galliarum filia. Cum maritus pelleretur imperio propter crudelitatem, ipsa comes fuit itineris & fugæ: cum eo ex fuga retracta, frustra pro vita mariti deprecata fuit. Ipsa tamen incolumis dimissa fuit cum adhuc esset vix XIX. annorum. Nullius prolis ex eo fuit mater.

CONCVBINÆ ANDRONICI Imperatoris.

EVDOXIA Comnena, Andronici Comneni Imp. concubina, antequam Imp. ipse fieret, filia Andronici. Huius causa amici Andronico sæpius struxerunt insidias ipsius præmonitionibus. Tandem nupsit Michaeli Gabræ, viro nobili.

THEODORA COMNENA Andronici Comneni Imp. concubina altera, filia Isaacii Comneni Sebastocratoris, neptis Alexii Comneni Imp. vidua Balduini III. Hierosolymitani Regis. Peperit ei nothos in exilio, Alexium & Irenem. Profugit cum ipso in Ægyptum. Tandem capta est per Nicephorum Palæologum Trapezuntii Principem, & Manueli Comneno Imp. tradita, vna cum liberis. Vnde post & Andronicus, venia impetrata, ad Imp. Manuelem se contulit.

PHILIPPICA Andronici Comneni concubina, antequam ipse imperator fieret, dum esset Dux aduersus Turcos missus Antiochiam, filia fuit Petebeni Antiocheni Principis, atque soror Xenæ Manuelis Imp. coniugis, mulier pulcherrima, cuius amorem aucupatus est Andronicus, quem & ipsa non minus redamauit, o-

mnes alios prę ipso contemnens. Hanc tamen relinquere çoactus est, propter metum Manuelis Imp.

MARAPTICA, concubina Andronici Comneni Imp. tibicina haud contemnenda, mire adamata ab Andronico. Comes fuit ipsius vna cum Anna Augusta, cum fugeret exactus Imperio à populo Byzantino, cum eodem & Anna capta & ad Angelum Isaacium Imper. perducta, cum diu multumq; eos, qui Andronicum ceperant, vt eum dimitterent, rogasset, sed irrito conatu.

IMP. CÆSAR ISAACIVS ANGELVS, Pius, Felix, Augustus.

AVREA MONETA ISAACII.



Imperator appellatus Constantinopoli, exacto Andronico pridie Idus Septembris, anno Dom. ∞CXXCV. & coronatus à Basilio Camatero Patriarcha. Imperauit annos IX. menses VII. minus duobus diebus. Imperio exactus insidiis fratris Alexii in Mysia, IV. Idus Aprilis, & in monasterio Peræ oculis priuatus, anno Domini ∞CXCV. Restitutus cum filio Alexio IV. Latinorum opera, Anno Domini ∞CCIII. Obiit Byzantii mense Ianuario, anno Domini ∞CCIV. Vixit annos plus minus LX.

VXORES ISAACII Angeli.

. . . . . Vxor prima Isaacii Angeli Imperatoris, peperit marito Alexium Imperatorem, & duas filias, quarum maior natu à patre monialis facta est in Ioannizæ ædibus: altera filia Irena Angela, à patre desponsata fuit Rogerio II. Siculorum Regi, quæ tamen postea cessit vxor Philippo Occidentis Imperatori. Obiit autem ipsa aliquot annis ante maritum.

MARIA Isaacii Imper. altera vxor, filia Belæ regis Hungariæ. Habuit ante ipsum alium maritum, ex quo filium Manuelem suscepit. Ipsam deinde, Isaacio Imper. defuncto, viduam duxit in vxorem Bonifacius Montis Ferrati Marchio, Thessalonicensium Rex.

IMPERATOR ALEXIVS F. MANVELIS Imp. Nobiliss. Cæs.

CONRADVS F. GVILHELMI MARCHIONIS Montis Ferrati, Nobilissimus Cæsar.

VXORES CONRADI IMP.

. . . . Vxor Conradi Cæsaris, Italici generis, quæ obiit dum ipse adhuc esset Marchio Montis Ferrati, & antequam in Græciam veniret, & Cæsaris acquireret nomen & dignitatem.

THEODORA ANGELA vxor Conradi Cæsaris altera, filia Andronici Angeli & Euphrosynæ, soror Isaacii Angeli Imper. marito fuit superstes.

JOANNES CANTACUZENUS, NOBILISS. CÆSAR.

. . . . . . Joannis Cantacuzeni Cæsaris vxor, filia Andronici Angeli, & Isaacii Comneni Imp. peperit marito duos filios Michaelem & Manuelem Cantacuzenos. Ipsa fuit marito superstes.

ALEXIVS BRANAS in Mysia.	Imperatores contra Isaacium appellati, omnes occisi vel cæcati.
THEODORVS MANGAPHAS PHILADELPHIENSIS in Asia.	
PSEVDO ALEXIVS Byzantius in Asia.	
PSEVDO ALEXIVS alter in Paphlagonia.	
BASILIVS CHOZAS in Bithynia.	

. . . . . . Vxor Alexii Branæ Tyranni, nobilissima ex Comnenorum prosapia oriūda, taciturnitatis insigne exemplum, mariti amantissima, ex quo suscepit filium Theodorum, qui deinde sub Isaacio Angelo fuit Ductor copiarum, cum Fridericus Barbarossa Imp. occidentis per Græciam in Palæstinam proficisceretur. Ipsam propter tyrannidem mariti Isaacius Angelus Imp. in carcerem coniecit, caputque viri ad eam misit, illudens ei, ac interrogans, num illud nosset? Ab ipso Imp. tandem è carcere emissa fuit.

IMP. CÆSAR ALEXIVS III. ANGELVS, Pius, Felix, Augustus.

Hic exacto fratre Isaacio, Imperium inuasit IV. Idus Aprilis, anno Domini ∞ C X C V. Coronatus fuit à Gregorio Xiphilino Patriarcha. Jmperauit annos VIII. menses III. & dies X. Jmperio pulsus XIII. Calend. Augusti, anno Domini ∞ CCIII. à Latinis aliquot principibus, quo die Constantinopolis primum à Latinis capta est, Jsaaciusque & eius filius Alexius IV. Angeli, restituti: Alexius vero III. non longe post in hostium manus

veniens,

veniens in Germaniam exul cum vxore actus est, vbi etiam obiit.

EVPHROSYNA DVCISSA Alexii III. Angeli Imp. vxor, mulier superba & arrogans, marito assedit in negotiis Imperii, peperit marito filias Irenam vxorem Alexii Palæologi, Annam, Theodori Lascari Imp. vxorem, Eudociam vxorem Tribullorum Principis, post Alexii v. Imp. Ipsam cognati accusarunt propter adulterium, quare maritus Imp. eam aulâ eiecit, postea recepit eandem ad se. Fuit dedita venationibus. Ipsam deinde cum marito Bonifacius Montis Ferrati Marchio relegauit in Germaniam.

PSEVDO ALEXIVS CILIX in Asia. IBANCVS ALEXIVS in Mysia. JOANNES COMNENVS Byzantij.	Imperatores cōtra Alexium III. appellati & occisi sunt.

THEODORA Comnena vxor seu potius Sponsa Ibancij Alexii Tyranni, filia Isaatij Comneni Sebastocratoris ex Anna Angela, non traducta ab ipso, nupsit postea Chryso Walachiorum Principi.

. . . . . . Ibanci Alexii Tyranni concubina, soror vxoris Asanis Principis Walachorum, cuius causa illa Ibanum interfecit, & ad Imp. Alexium IV. Angelum profugit.

IMP. CÆSAR ALEXIVS IV. ANGELVS Porphyrogenitus Augustus.

Isaacii Angeli Imper. filius, auxilio Venetorum & Francorum, pulso patruo Alexio III. Angelo, cum patre Isaacio recepit Orientis Imperium XIII. Cal. Augusti, Anno Domini ∞CCIII. coronatus à Joanne Camaterio Patriarcha. Imperauit menses VI. & dies VIII. laqueo necatus in carcere Byzantij, vi Murzufli, v. Cal. Febr. An. Dom. ∞CCIV. Vixit annos plus minus XIV.

NICO-

NICOLAVS IMP.

Nicolaus Canabus Constantinopoli Imp. appellatus, & paulo post vrbe exactus est.

IMP. CÆSAR ALEXIVS V. DVCAS
Murzuflus Augustus.

Hic occiso Alexio IV. Angelo, Constantinopoli Imperium inuasit V. Calendas Februarii, Anno Domini ∞CCIV. Coronatus à Joanne Camatero Patriarcha imperauit menses II. & dies XVI. Imperio à Venetorum & Francorum exercitu exactus, pridie Idus Aprilis, Anno Domini ∞CCIV. quo die vrbs Constantinopolis iterum à Latinis capta est. Is non longe post captus, occisus est.

VXORES MVRZVFLI
Imperatoris.

. . . . . . Alexii V. Murzufli Imper. vxor prima, quam ante imperium duxit & propter libidinem repudiauit, matrona alioquin honesta, pluribusq; virtutibus exornata.

. . . . . . Alexij V. Murzufli Imp. vxor altera, nobilis & probata fœmina, quam etiam sicuti præcedentem ex iuuenili ætate & lasciuia repudiauit. Fuit hæc Philocali Logothetæ filia.

EVDOXIA ANGELA Alexii V. Murzufli Imperatoris vxor tertia, quam arrepto imperio etiam sibi arripuit vxorem, sed vltra duos menses non cum ea vixit, priuatus nempe imperio & occisus. Prius hæc Neamanis Stephano Tribulorum Principis filio fuit desponsata. Nullos ex Murzuflo habuit liberos.

CONSTANTINOPOLI pridie Idus Aprilis, iterum à Latinis capta, in Oriente fuit interregnum mensis I. & dierum IV. Imperii etenim summa ad Francos translata est, primusque ex Latinis Balduinus Flandriæ Comes

Comes Imperator Orientis Constantinopoli, x. virorum Imperii suffragiis, Henrico Dandulo Venetorum Principe maxime adnitente, creatus est. Quum interim Imperii titulos & insignia, in Asia primo, mox Hadrianopoli susceperat Theodorus Lascari, alter Alexii III. Angeli, per filiam Theodoram gener, qui Constantinopoli extorris imperauit, annos plus minus XVIII.

IMPERATORES LATINI, qui Constantinopoli in Oriente rerum potiti sunt.

IMPERATOR CÆSAR BALDVINVS, Pius, Felix, Augustus.

Balduini Flandriæ Comitis filius, Byzantii altero interregni mense XVII. Calend. Junii, anno Domini ∞CCIV. x. virorum Imperii suffragiis Orientis Imp. creatus est, coronatus à Thoma Mauroceno Veneto Patriarcha. Imperauit menses XI. Prælio victus XVII. Calen. Maii, anno Domini ∞CCV. & captus est à Joanne Myso Blacorum Duce, & in carcerem Ternobi coniectus est, vbi mansit annum I. menses IV. ibique crudelissime necatus est circa Cal. Augusti, anno Domini ∞CCVI. Vixit annos XXXXIII. Quo capto in Oriente fuit interregnum anni I. & mensium IV.

MARIA Balduini Flandrensis Latinorum Byzantii Imperatoris vxor, quam sibi adhuc in Flandria existens connubio copulauit, matrona pulcherrima, filia Henrici Comitis Campaniæ. Nullos peperit liberos. Obiit post mariti obitum.

MA-

MANVEL PRIVIGNVS
Imperator Cæſar.

Manuel priuignus Iſaacii II. Angeli Imper. filius, in Græcia Imperator appellatus eſt, coactus paulo poſt abdicauit.

IMP. CÆSAR HENRICVS
Pius, Felix, Auguſtus.

Frater Balduini Imperatoris Conſtantinopoli audita eius morte Auguſtus appellatus, XIX. Cal. Septem. anno Domini ∞CCVI. coronatus à Thoma Mauroceno Veneto Patriarcha. Imperauit annos plus minus X. Obiit Byzantii, anno Dom. ∞CCXVI.

VXORES HENRICI
Imperatoris.

Martha Henrici Flandrenſis Latinorum Byzantii Imperatoris vxor prima, filia Petri Comitis Namurcenſis. Deceſſit ante maritum Imperatorem.

. . . . . Henrici Flandrenſis Byzantini Latinorum Imperatoris altera vxor, filia Walachorum & Bulgarorum Principis, quam duxit pace facta cum iſtis populis. Peperit marito filiam vnicam Iolantam, vxorem Petri Imperatoris. Fuit coniugi ſuperſtes.

IMP. CÆSAR PETRVS
Pius, Felix, Auguſtus.

Gener fuit Henrici Imperatoris, quo mortuo Conſtantinopoli ex Comite Antiſiodorenſi Imp. appellatus eſt, an. Domini ∞CCXVI. coronatus Romæ ab Honorio III. Papa. Imperauit annos plus minus V. Captus à Theodoro Laſcari, & in carcerem coniectus, paulo poſt occiſus eſt, anno Domini ∞CCXXI.

IOLANTA SIVE IOLE Petri Antiſiodorenſis Imperatoris

toris Constantinopolitani vxor, filia Henrici Flandrici quoque Imperatoris ex secunda vxore Bulgarica, peperit conthorali Petro filium Robertum postea Imp. Constantinopolitanum. Fuit marito pluribus annis superstes.

IMP. CÆSAR ROBERTVS PETRI F.
Pius, Felix, Augustus.

Post patris captiuitatem Constantinopoli ex Comite Antisiodorensi Imp. appellatus est, anno Domini ∞ CCXXI. Imperauit annos plus minus VII. Obiit in Achaia, anno Dom. ∞CCXXVIII.

. . . . Vxor Roberti Imperatoris prima, procreauit marito filium Balduinum II. vel Juniorem Imp. Decessit ex hac vita aliquot ante maritum annis.

. . . . . Vxor Roberti Imper. secunda, quam ipse Robertus Imper. vi eripuit, Proceribus Imperii conniuentibus, in Burgundia cuidam Germaniæ Comiti. Vixit aliquot annis post maritum.

IMP. CÆSAR BALDVINVS JVNIOR,
Pius, Felix, Augustus.

Hic Constantinopoli patri in Imperio successit, anno Domini ∞CCXXVIII. Imperauit cum Joanne Bryennio Hierosolymorum Rege, tutore socero suo, & Cæsare annos XX. Imperauit solus post eius mortem años XIII. Imperio Orientis est exactus, insidiis Græcorum Principum, vi Michaelis Palæologi, mense Septembri, Anno Domini ∞CCLX. anno postquam à Francis capta fuerat Constantinopolis LVII.

MARTA Balduini II. Latinorum in Oriente & Constantinopolitani Imp. vxor, mulier virtuosa, filia Joannis Bryennii Hierosolymitani in Palæstina & deinde Cæsaris Byzantini. Peperit marito filium Philippum, quem Venetis obsidem dedit pro certa pecuniæ summa, obiit ante patrem.

JOANNES BRYENNIUS,
Nobiliss. Cæsar.

Creatus Constantinopoli, anno Domini ∞ccxxviii. Imperauit cum Balduino Augusto genero suo annos xx. Obiit ∞ccxlviii.

Martha Joannis Bryennii Cæsaris, & olim Hierosolymitani Regis vxor, fœmina nobilis & honesta, peperit duas filias Imperatrices, Joalantam coniugem Friderici ii. in Occidente Imperatoris, & Martam Balduini ii. Constantinopolitani Augusti vxorem. Obiit Constantinopoli.

IMPERATORES GRÆCI,

QVI CONSTANTINOPOLI EXTORRES, Hadrianopoli aut alibi imperarunt, vel Imperii tantum iura tenentes inani nomine potiebantur, Latinis imperium Constantinopoli obtinentibus.

IMP. CÆSAR FL. THEODORVS LASCARI,
Pius, Felix, Augustus.

AVREA.

397.





Hic gener fuit Alexii iii. Angeli per filiam Theodoram, à quo Imperii titulum & iura suscepit, Anno Domini ∞cciv. coronatus à Michaele iii. Patriarcha Impe-

Imperauit primo in Asia, postea Hadrianopoli contra Balduinum Flandrum & eius successores, Constantinopolin & imperium ibi obtinentes, annos xviii. Obiit Hadrianopoli, anno Domini ∞ccxxii.

VXORES THEODORI LASCARI Imperatoris.

Anna Angela, quæ ab aliis Theodora nominatur, Theodori Lascaris Imperatoris vxor, filia Alexii Angeli Imperatoris ex Euphrosyna Ducissa, vidua Isaacii Comneni, ex quo etiam filiam Theodoram suscepit, peperit & secundo marito Theodoro Lascari filiam Irenam Ioannis Ducæ coniugem. Obiit ante maritum Adrianopoli, anno Dom. ∞ ccxviii. ibique Regali Pompa recondita à marito.


. . . . . Theodori Lascaris Imp. altera coniunx, consobrina Roberti Constantinopolitani Latinorum Imperatoris. Obiit post maritum, cum quo tantum triennium vixit. Sepulta quoque Regaliter Adrianopoli haud longe à marito.

IMP. CÆSAR FL. IOANNES III. DVCAS Diplobatius, P. F. Augustus.

MONETA AVREA IOANN. Imperatoris.

398.





Creatus Hadrianopoli post obitum soceri sui Theodori, anno Dom. ∞ccxxii. coronatus à Germano, Græ-

 co

co Patriarcha. Imperauit annos plus minus XXXIII. Hadrianopoli exactus, diu exul, profugus & sine certis sedib. fuit, quare in Zacynthum insulam secedens, quum ibi diu vixisset, mortuus est anno Domini ∞CCLV.

IRENE DUCISSA prima Ioannis III. Ducæ Imp. vxor, Theodori Lascaris Imper. & Annæ Angelæ Augustæ filia. Peperit marito filium Theodorum II. Imp. Obiit ante maritum aliquot annis.

ANNA ALEMANNA Joannis III. Ducæ Imp. altera vxor, filia Friderici II. Imp. Occidentalis, soror Momfredi Siciliæ Regis, concepta ex Blanca Marchionissa concubina Montis Ferrati. Fuit marito superstes.

IMP. CÆSAR FL. THEODORUS IUNIOR
Ducas, Pius, Felix, Augustus.

AVREA.

399





Creatus Zacynthi post patris obitum, Anno Domini ∞CCLV. & coronatus fuit ab Arsenio Patriarcha. Imperauit annos plus minus IV. Obiit Anno Domini ∞CCLIX.

HELENA Theodori Lascaris iunioris Imp. vxor, soror Asarii Principis Bulgarorum. Peperit IV. filias: Mariam, Theodoram, Helenam & Irenam, & filium Ioannem IV. & Theodorum Impp. Fuit marito superstes.

IMPP.


IMPP. CÆSS. IOANNES IV, ET THEODORVS III. Ducæ, Pij, Felices, Augg.

Creati sunt post Theodori II. patris mortem, anno Domini ∞CCLIX. adhuc pueri. Imperarunt annum I. & menses aliquot. Sub eorum Imperio, à Michaele Palęologo eorum tutore, pulsis Latinis, Constantinopolis à Græcis recuperata est, anno Domini ∞CCLX. mense Septemb. Ex quo factum est, quod occisis pueris, Michael Palæologus sibi imperium vendicauerit.

IMPERATOR CÆSAR MICHAEL VIII. Palæologus, Pius, Felix, Augustus.

AVREA.

400.



Hic pulso Imperatore Balduino, omnibusq; Latinis Principibus Constantinopoli exactis, imperium Orientis Græcis restituit, mense Septembri, anno Domini ∞CCLX. Mox interfectis Ioanne & Theodoro pueris Imperatoribus, quorum tutor à patre Theodoro testamento relictus fuerat, Imperium sibi vendicauit, coronatus à Germano Patriarcha. Imperauitq; Constantinopoli annos plus minus XXII. Obiit Constantinopoli anno Domini ∞CCXXCII.


THEODORA Michaelis VIII. Comneni Palæologi Imp. vxor, nobilis matrona: quam tamen ipse repudiare statuit, si potuisset potiri concubitu Annæ Alemannæ

 Impe-

Imperatrici viduæ. Peperit autem marito tres filios Andronicum Iuniorem successorem in Imperio, Constantinum Porphyrogenitum & Michaelem IX. item totidem filias Eudociam, Irenem & Theodoram. Marito superstes senex obiit, ab Andronico II. filio Regio monumento condita.

IMPERATOR CÆSAR ANDRONICVS IVNIOR Palæologus, Michaelis fil. P. F. Augustus.

AVREA.



Imp. appellatus Constantinopoli post patris mortem, cum Michaele & Constantino fratribus, coronatis à Gregorio Patriarcha, anno Domini ∞ccxxcii. Imperauit cum fratribus, & solus, annos plus minus XLIII. Obiit Constantinopoli, anno Domini ∞cccxxv. Vixit annos LXX.

Anna Andronici II. Palæologi Imp. prima coniunx, Pannoniorum regis filia, peperit ei filios duos Michaelem IX. imperii consortem, & Constantinum Despotam. Vixit cum marito triennium. Mortua Anno Domini ∞ccxxcv. Byzantii, vbi ab ipso regio funere compta est.

IRENE Andronici II. Palæologi Imper. altera coniunx, Marchionissa Montis Ferrati, quam ei Hispaniæ Rex vtpote ipsius consanguineus connubio dedit, mulier fastuosa. Filiis suis conata est imperium tradere, Mi-

chaeli

chaeli priuigno ereptum. Peperit coniugi tres filios, Ioannem, Theodorum Marchionem & Demetrium Despotem, insuper Simonidem filiam. A Latinis nominatur Violanta. Pater eius fuit Guilhelmus, obiit anno ætatis XLIV. Dramæ haud procul à Thessalonica.

. . . . . Andronici II. Palæologi Imp. concubina, peperit ei duas filias naturales, Mariam Ctai Scytharum Reguli vxorem, & Irenem Ioannis Ducæ Thessalorum Reguli coniugem.

IMPP. CÆSS. MICHAEL IX. ET Constantinus XIV. Palæologi, Michaelis VIII. filij, Pij, Felices, Augusti.

AVREA.

402.





Imperatores, alter post alterum, à fratre Andronico appellati sunt & ante ipsum mortui.

MARIA ARMENIACA Michaelis IX. Palæologi Imperatoris vxor, soror Regis Armeniæ. Peperit marito filios duos, Andronicum III. Imperatorem, & Michaelem Despotam, ac duas fæmellas Annam & Theodoram. Superstes marito fuit, cuius exequias celebrauit Thessabaicæ. A socero deinde ob rebellionem filii capta, & demum, vt pax componeretur, dimissa. Obiit senex Thessabaicæ, à filio Andronico III. ibi sepulta.

IMP. CÆSAR ANDRONICVS III. PALÆOLOGVS *Michaelis IX. filius, P. F. Augustus.*

Hic paulo ante mortem Andronici Iunioris, patrui sui Imp. Constantinopoli, Augustus appellatus, coronatus est ab Esaia Patriarcha. Imperauit annos plus minus XIII. Obiit anno Do. ∞CCCXXXVIII. Constantinopoli. Vixit annos XLIX.

VXORES ANDRONICI *Imperatoris.*

IRENE Andronici III. Palæologi Imp. vxor prima, prognata ex Alemania siue Orientali Gallia, ex nobiliss. parentibus, ab auo ei desponsata fuit, cum pater ipsius Michael Imp. adhuc viueret. Discessit aliquot annis ante maritum, sterilis: antequam adhuc Byzantium vrbem caperet, & auum à gubernatione remoueret.

ANNA Longobardica siue Italica, Andronici III. Palæologi: Imp. vxor altera, alio nomine prius, sed à marito Anna appellata fuit. Peperit marito filium Joannem imperii hęredem & successorem, & Annam filiam, & aliquot innominatas. Fuit marito superstes, & aliquot annos post obitum ipsius vixit.

CONCVBINÆ ANDRONICI *Imperatoris.*

SIMONIS Andronici III. Imp. concubina, amita ipsius, quam viduam Cratis ipse Andronicus III. vi stuprauit, cum iam monialem assumpsisset vitam: Ob quam rem ab auo ingressu vrbis prohibitus est.

. . . . . Andronici III. Imperatoris concubina, ex qua suscepit filiam naturalem Irenam seu Eudociam, Basilii Comneni Trapezuntini Imperat. coniugem. Fuit prognata ista concubina ex nobilibus parentibus.

IOAN-

JOANNES V. CANTACVZENVS IMP.
Cæs. P. F. Augustus.

Hic tutor filiorum Ioannis & Manuelis à patre Andronico relictus fuit. Eo mortuo, Constantinopoli imperium assumpsit, coronatus à Ioanne Aprino Patriarcha, Anno Domini ∞cccxxxviii. Imperauit annos xvi. Coactus à Ioanne vi. Andronici iii. filio Palæologo genero suo abdicauit, anno Domini ∞cccliv. & monachus factus est.

. . . . . . Vxor Ioannis Cantacuzeni, Imperatoris, matrona nobilis. Peperit marito duos filios Matthæum & Manuelem, item duas filias, priorem, vxorem Orchanis Turcorum Regis, & alteram coniugem Ioannis vi. Imperatoris. Obiit ipsa ante maritum.

IMP. CÆSAR FL. IOANNES VI. ANDRONICI
III. F. Palæologus. P. F. Augustus.

AVREA.



Exacto socero Ioanne Cantacuzeno, Imperium Orientis solus sibi vendicauit, coronatus à Ioanne Aprino Patriarcha, anno Domini ∞cccliv. Mense Ianuario. Imperauit annos xxx. Obiit Constantinopoli anno Domini ∞cccxxxiv.

. . . Vxor

. . . . . . Vxor Ioannis VI. Palæologi Imperatoris, filia Ioannis Cantacuzeni Imperatoris, peperit marito filios quatuor, Andronicum, Emanuelem, Theodorum & Demetrium Peloponnesi Ducem.

. . . . . . Ioannis VI. Palæologi Imp. concubina, ex nobili familia orta, peperit Imperatori Ioanni filium Emanuelem, virum strenuum & classis præfectum contra Turcos.

. . . . . . Ioannis VI. Palæologi Imp. alia concubina, quam filio Emanueli eripuit, mulier formosissima è Colchide oriunda ex nobilissima familia, ipsi Ioanni fuit superstes.

IMPERATOR CÆSAR ANDRONICVS IV. Palæologus, P. F. Augustus.

ÆNEA.

404





Imperator appellatus Constantinopoli post patris Ioannis VI. obitum, Anno Domini ∞CCCXCIV. coronatus fuit à Nilo Patriarcha. Imperauit annos III. Obiit anno Domini ∞CCCXCVII.

IOANNA vxor Andronici IV. Imp. quam ei pater Ioannes VI. Imp. matrimonio iunxit. Filia Susmanni Mysiæ Regis, soror vxoris Amuratis Turcorum Regis. Peperit marito duos filios Ioannem VII. Imp. & Andronicum. Iuuit maritum, vt cum filio è carcere ad Baiazetem Turcam profugeret. Fuit marito superstes.

IMP.

IMPERATOR CÆSAR MANVEL JVNIOR, Joannis VI. fil. Pius, Felix, Augustus.

AVREA.



Jmperator Constantinopoli post fratris Andronici IIII. Augusti mortem appellatus, coronatus à Nilo Patriarcha, Anno Domini ∞CCCLXXXVIII. Imperauit annos plus minus XXX. Obiit Constantinopoli, Anno Domini ∞CDXVIII.

VXORES MANVELIS IVNIORIS Imperatoris.

HELENA Manuelis II. Palæologi Imperatoris vxor II. filia Constantini, Darci filii, Ducis Macedoniæ. Peperit marito filios, Joannem VIII. Imperat. Andronicum, Theodorum, Michaelem vel Manuelem, Demetrium, Thomam & Constantinum vltimum Græcorum Jmperatorem. Fuit marito superstes. Sepulta Byzantii.

...Ma-

. . . . . Manuelis II. Palæologi vxor prima, forma supra modum venusta, Colchis natione & Imperatoris Colchorum filia vidua, Zerinis antea Taurici Principis vxor. Hanc pater Joannes VI. Imper. ei ob formæ præstantiam eripuit, sibiq; sociauit.

IMP. CÆSAR FL. IOANNES VII. ANDRONICI IV. F. P. F. Augustus.

406.





Post mortem patrui Manuelis Junioris, Constantinopoli Augustus appellatus, & coronatus est à Matthæo Patriarcha, anno Domini ∞CCCCXVIII. Imperauit annos plus minus III. & menses VI. Obiit Constantinopoli, anno Domini ∞CDXXI.

An vxorem habuerit, incertum.

IMP. CÆSAR FL. IOANNES VIII. MANVELIS Iunioris F. P. F. Augustus.

Hic, sine hærede mortuo consobrino Joanne VII. Imperium Orientale adeptus, coronatus est ab Euthymio Patriarcha, anno Domini ∞CCCCXXI. Imperauit annos XXIV. Obiit Constantinopoli, anno Domini ∞CDXLV.

VXORES IOANNIS VIII. IMP.

. . . . Joannis VIII. Palæologi Imperatoris vxor prima, Marchionis Montis Ferrati filia, opti-

optimis moribus sed forma minus eleganti, quare cum minus adamaretur, naui conscensa ad suos in Italiam rediit. Hanc tamen postea recepit, cum altera vxor, quam superinduxerat, mortem obiisset.

. . . . Ioannis VIII. Palæologi altera vxor, Principis Russo. um filia, quam duxit, cum Italica prior vxor ab ipso ad suos decessisset. Defuncta est aliquot ante maritum annis absq; sobole.

. . . . Ioannis VIII. Palæologi, Imp. concubina, sacerdotis cuiusdam filia in Procon: eam vero in iuuenili ætate magno prosequutus est amore, adeo vt curam belli contra Amuratem Turcam negligeret.


IMPERATOR CÆSAR FL. CONSTANTINVS XV. Palæologus, Manuelis Iunioris F. Pius, Felix, Augustus.

407.




408.





Nouissimus omnium filiorum Manuelis mortuo

Joanne VIII. fratre suo Constantinopoli Imp. appellatus est, & coronatus à Gregorio Patriarcha, anno Dom. ∞CDXLV. Imperauit annos plus minus VIII. Occisus à Turcis IV. Calend. Iunii, anno Dom. ∞CCCCLIII. in quo, vrbe Constantinopoli ab iisdem Duce Mahomete capta, Imperium Orientale Græcanicum defecit, & res Orientis ad Turcos transiit, anno postquam Constantinopolis à Constantino Magno condita fuit, ∞CXXII. & mense tertio.

. . . . . Constantini XV. Palæologi Imp. vxor prima, filia Leonardi Ducis Epirotarum, Caroli consobrina, quæ ei dotis nomine attulit Clarentiam Elidis metropolim. Decessit ante maritum sine sobole aliquot annis.

. . . . Constantini XV. Palæologi Imp. vxor altera, filia Principis Lesbi. Cum ea ipse adhuc Peloponnesi Princeps existens nuptias celebrauit Gortinæ, vbi & deinde cum ipso ab Amuratis classe obsessa est, sed non expugnata.

IMPERATORES TVRCÆ, Orientales.

IMP. CÆSAR MAHOMETES OTHOMANVS, Aug. Amuratis F. Mahometis N.

MAHOMETES, hoc nomine secundus, Turcarum vero Rex VIII. Amurati etiam huius nominis secundo succedit anno mundi 5411. à Christo nato MCCCCIL. Hic regnum à parricidio auspicatur, fratrē paruulum, ne pater solus sepeliretur, opera Mosis interfecit. Impiissimus, nullum Deum credidit. Mahometem suum, Pseudopropheta sui similem dixit; Prophetas ac Patriarchas risit, ac nugas duxit. Huic tametsi impio, fauit aliquando fortuna: Nam Magni cognomentum Ottomanicæ familię quæsiuit. Duo Christianorum Imperia, Constantinopolita-

politanum & Trapezuntinum subuertit: Regna XII. ademit: ducentas vrbes Christianas cepit: ipse colico dolore correptus, quarto demum die moritur, Anno ætatis LXIII. Imperium Orientis tenuit annos XXVII. menses XI. & dies XXV. Constantinopoli sepultus.

Vxores quamplurimas habuit, quarum nomina ignoramus, similiter & concubinas plurimas.

IMP. CÆSAR BAIAZETES OTHOMANVS, Augustus, Mahometis Filius.

BAIAZETES hoc nomine secundus, Mahometis supradicti filius, Janizarorum opera Turcis imperat, Anno mundi 5442. à Christo nato MCCCCLXXX. Hic minorem fratrem Zizimum. quem primores] Imperatorem exposcebant, vincit ac fugat, qui à Rhodi præfecto ad Carolum VIII. in Galliam mittitur. Porro Baiazetes Caramanno fuso, quæcunque cis & trans Taurum Turcis ademerat, recepit: Valachiam subegit: In Sultanum Ægyptium mouit: Sed is potentior, vt pote qui Mamaluchos, post Caramanni cædem fugitiuos exceperat, ac Arabum maximas copias ad sui tuitionem alebat, Baiazetem sæpe debilitat, ac profligat: postea Cerauniorum montium accolas subdit: Venetis Methonē, nunc Modonem, Nephantum, olim Naupactum, & Dyrrachium ademit. Acomathem primogenitum decrepitus Baiazetes absentē in locū suū substituit: Sed, Janizaris Zelimo suffragantibus, cogitur pater Zelimum pro Acomathe substituere. paulo post imperio deturbatus à filio Zelimo, ab eodem filio veneno necatur, IX. Cal. Julii, Anno Do. MDXII. sepultus Constantinopoli. Imperauit annos XXXI. mens. I. & dies XXI. Vixit vero annos LXXVI.

Vxores & Concubinas habuit multas, quarum nomina nescimus.

IMP. CÆSAR SELIMVS OTHOMANVS, Augustus, Baiazetis Filius.

Selimus itaque, pulso patre, imperat Turcis, Anno

 mundi

mundi 5472. à Christo nato MDXII. Is ad parricidium adiecit fratrum cædem, nepotumq; strangulationem.] Sophim vicit ac fugauit: & Sultanos duos, Campsonem & Tomombeium, multis deleuit prælijs. Ægyptum Arabiamq; suo adiecit imperio. Reuersus Constantinopolim vlcus in renibus contraxit, quod cancri in morem serpens, eum extinxit, Anno regni VIII. & mens. VI. Constantinopoli, mense Decembri, Anno Dom. 1519. ibique sepultus. Vixit annos 48.

IMP. CÆSAR SOLIMANVS OTHOMANVS, Augustus, Selimi Fil.

Solimanus Selimi seu Zelimi filius vnicus, imperat Turcis post patrem, Anno mundi 5480. à Christo nato 1519. eodem fere tempore quo Carolus V. in Romanorũ Imperatorem coronatus est. Hic Solimanus] Belgradũ Christianorum propugnaculũ anno regni 3. expugnat, atq; Anno VI. Rhodum cum 400. nauibus ac 200000. Turcarum capit. Anno octauo Hungariã inuadit, igne ferroq; deuastat, Ludouicum Regem vincit, Budam in deditionem accipit. Anno vero XIV. maximo exercitu Viennam oppugnans, auxilio Dei ac Germanorũ virtute fugatur. Hic natura gloriæ cupidus, atq; ob victorias quã plurimas imperijq; magnitudinẽ elatus, Romanum totiusq; Occidentis imperiũ ad se spectare contendit, cũ Imperatoris Constantini, qui imperiũ trãstulit Constantinopolim, legitimũ successorẽ se profiteatur. Sexagesies centena aureorum millia quotannis habet, quoties populos censere libet: Ex bellis plus lucratur quã in damno sit: plus gemmarum ac thesaurorum possidet, quã cæteri omnes orbis Principes simul possideant: hæc, inquam, Solimanum patri, ausu nec imparem, nec gloriæ minus auidũ testabuntur. Assyriæ præterea & Mesopotamiæ Regna, cũ Babyloniæ vrbe, magnæ Memphi æquãda, quæ suo Soliman⁹ adiecit Imperio, captæ à patre Ægy-

Ægypto opponi possunt. Quin etiam Solymanus maioris Armeniæ, Mediæ, Persidisque fines, vsque ad sinum Persicum, vastauit: Taurim Persarum Regiam bis cepit: Tammasum Sophim, Hismaelis filium, refugientem ad montes fugauit. Verum quod ad Solymani mores etiam attinet, fatentur sani Turcæ, eius subditi, eum supra cæteros Othomanorum Principes, qui per ducentos regnarint annos, iustitiæ, sobrietatis, & cōtinentiæ laude clarissimum. Vltimo vero ætatis suæ tempore cum magno apparatu ipsemet in Hungariam proficiscebatur, suppetias petiit: vbi in Saluæ obsidione animam expirauit, & ita Turcarum exercitus, huc atq; illuc distractus terga dedit. Corpus eius Byzantium translatum est, ibique sepultum, Imperii sui anno XLVIII. ætatis LXIV.

ROSSA VXOR SOLYMANI IMP.

Rossa omnium Solymani vxorum pulcherrima. Pręter formam multis etiam virtutibus dotata fuit, quare apud Solymanum præ cæteris omnibus vxoribus maxima pollet gratia, ab eoq; vnice amatur, ac colitur.

IMP. CÆSAR SELIMVS II. OTHOMANVS Augustus, Solymani Fil.

Hic cognita patris morte, ex Asia Constantinopolim venit, & imperare cœpit, x. Cal. Septemb. An. Dom. MDLXVII. Is Venetis regnum Cypri vi occupauit, & postremo anno maximum damnum nauali prælio à Christianis passus est, Goletam arcem in suam potestatem redegit, Persianis bellum indixit, & propter breuitatem temporis Imperii sui, nihil prętere a digni gessit. Fuit hic moribus patri dissimilis, vino deditus, & luxuriosus. Obiit Constantinopoli, an. Dom. MDLXXV. ibiq; sepultus, anno Imperii sui VIII. ætatis LII. & aliquot mensium.

IMP. CÆSAR AMVRATES, OTHOMANVS, Augustus, Selimi II. Imp. fil.

Hic post patris obitum, Imperium Constantinopoli

obtinuit, menſe Decembri, Anno Domini M D L X X V.] In principio Imperii ſui, pacem cum Chriſtianis fecit, & bellum contra Perſianos, vario Marte multis annis rexit, & cum illis fœdus iniit. Poſtea bellum Imperatori Rodulpho II. indixit, & per Hungariam & Croatiam per ſuos Capitaneos geſſit. Ætatis vero anno L. cum magno apparatu ipſemet aut filius ad Hungariam ſe præparauit. Conſtantinopoli 18. Ianuarii, An. 1595. animam expirauit, relinquens XXXI. filios & filias, quos omnes à maiori filio qui in Imperio ſucceſſit, ſtrangulari iuſſit.

IMP. CÆSAR MAHOMETES OTHOMANVS
Auguſtus Amurati filius.

Hic poſt obitum patris, Imperium Conſtantinopoli obtinuit, Anno 1595. &, ſicuti pater, omnes fratres necari iuſſit in principio Imperii ſui, perſequitur bellum in Hungaria contra Rodulphum II. Rom. Imp.



3.



4.



5.



6.



FINIS LIBRI SECVNDI.

RO-



ROMANORVM PRINCIPVM, ET EORVM QVI IN ITALIA IMPERIO

potiti sunt, LIBER TERTIVS, in quo Imperatores Romani, Franci Occidentales comprehenduntur.

IMPERATOR CÆSAR CAROLVS MAGNVS, Pipini Francorum Regis Filius, Pius, Felix, Augustus.

MONETA AVREA CAROLI MAGNI IMPERATORIS.



709.





710.



AROLVS MAGNVS Pipini Regis Francorum, & Berthæ filiæ Heraclii Constantinopolitani Cæsaris filius, in villa Ingelheym, duobus millibus passuum Moguntio distante, editus. Defuncto patre, concordi consensu in demortui locum subrogatus est, quod paternam auitamque æmularetur virtutem. Sub initia Regni bellum gessit Aquitanicum, alterum Longobardicū. Ab Adriano Pontifice in Italiam vocatus, in quo Longobardorum regnū capto eorum Rege Desiderio, Francico nomini subegit, Saxones sæpius rebellantes triennali tandem bello vicit, eosq; ad Christianam religionem assumendam coëgit. Saracenos, Hispaniā fere omnem vastantes domuit. In Franciam rediens, Vasconum insidias passus, non paucos ex suis, & in his fortissimum quemq; amisit. Sclauos, Danos, Bauaros, Bohemos tumultuantes in suam ditionem redegit. Iterum Italiam ingressus, Beneuentanorum Ducem Aragisum, Longobardorum reliquias fouentem, ad officium coëgit. Hunnicum bellum, VIII. post anno felicissime confecit, expugnata eorum Regia & Thesauris opulentissimæ omnium gentis asportatis. Inde Leonis III. Pontificis vindicaturus iniuriam, tertio ingressus est Italiam, ac Romam veniens, in die Natalis Saluatoris, in templo à Pontifice coronatus Imperator & Augustus ab vniuerso populo Rom. pronunciatus est, vnctusq;, abolito patritii nomine, quo prius vtebatur, Imperator appellatus est, Anno regni sui XXXIII. Salutis nostræ DCCCI. Compositis Italiæ rebus, & diuiso cum Irene Imperio, in Gallias rediit, filioque Ludouico consorte Imperii declarato, dum Aquisgrani hybernaret, pleuritide correptus, quam febris concomitabatur, mortuus est V. Cal. Feb. Anno Redemptionis DCCCXIV. ætatis suæ LXXI. Imperij XIV. Regni vero XLVI. Princeps pacis belliq; æq; studiosus, eminente statura, oculis prægrandibus, & vegetis, canicie pulchra ac hilari facie, habitu-

habitudine corporis tota virili, insigni pietate, beneficentia singulari, humanitate quanta in superiorum Principum nullo, bonarum artium studiosissimus, Latinæ & Græcæ linguæ doctissimus, Parrisiense Gymnasium, & Papiense viris vndecunque eruditissimis accersitis, extruxit, veræ religioni ab infantia deditissimus. Summa pietate Antistites, Sacerdotes, clerumque vniuersum coluit, templa & Monasteria fundauit, ac muneribus magnis locupletauit, liberalis, misericors, & in egenos munificus. Cadauer illius Aquisgrani in Basilica Diuæ Mariæ virginis à se constructa sepultum est, habetq; hoc elogium:

Sub hoc conditorio situm est Corpus Caroli Magni, atq; Orthodoxi Imperatoris, qui Regnum Francorum nobiliter ampliauit, & per annos XLVI. fœliciter tenuit. Decessit septuagenarius, anno Dom. DCCCXIV. Indictione VII. V. Calendas Februarij.

SIGNVM CAROLI MAGNI ROMAnorum Imperatoris.




CAROLI MAGNI
Vxores V.

GAL-

Galliena Hispana, Galastriæ Regis Toletani filia, prima vxor Caroli Magni Imp.

Hermingardis, aliâs Theodora, Desiderij Longobardorum Regis filia, secunda vxor Caroli Magni Imp. repudiata.



Hildegardis, Hildebrandi Ducis Sueuorum filia, tertia vxor Caroli Magni Imperatoris, ex qua ei nati sunt.

Carolus Rex Francorum } ante patrem mortui.
Pipinus Rex Italiæ: & }

Ludouicus Pius Imperator.

Rothruda, desponsata Constantino Heirenes filio Imperatori.

Bertha

&

Ghisela.

Fastrada Germana, Rudolphi Comitis filia, quarta vxor Caroli Imp. ex qua ei natæ sunt.

Theodora

&

Hiltrudis.

Liutgarda Sueua Germana, quinta vxor Caroli Magni, ex qua liberos non habuit.

CAROLI MAGNI IMP.
Concubinæ VIII.

MATHALGARDIS, ex qua ei nata est filia Rothildis.

GERSOINDA Saxonici sanguinis, ex qua ei nata est filia. . . . . .

ADELTRVDIS Regina, ex qua ei nati sunt Drogo Episcopus Metensis, & Vgo.

ADELINDA, ex qua ei natus est filius Theodoricus.

HILMETRVDIS, ex qua ei natus est filius Pipinus Gibbosus.


RACHILDIS, ex qua ei nata est filia Rothruda.

LIVTPERGA.

LEONIA.

IMP. CÆSAR LVDOVICVS, PIVS, AVGVSTVS,
Caroli Magni Imp. filius.

NVMISMA LVDOVICI PII IMP.



Ludouicus Caroli Magni & Hildegardis filius, Pius cognomento dictus, quod religioni Christianæ, cuius fuit studiosissimus, multum detulit, mitissimi ingenii, & morũ mansuetudine cunctis amabilis. Puer pene Aqui-

Aquitaniæ Principatum, iussu patris obtinuit, præclaros labores aduersus Hispanorum Tyrannos suscepit. Post patris obitum, à regni proceribus Aquisgrani Imperator salutatus est: Vbi diuersarum nationum primo legatos audiuit, partimque cum eis pacem sanxit, partim cum cum aliis veterem instaurauit. Inde Dacicum bellum ex sententia confecit, nec multo post BERNARDVM ex Pipino filio nepotem, in Italia res nouas molientem, capitali pœna affecit: in autores rerum nouarum mitius egit, inclusos cœnobiis, vita donauit. Et cum Britones, reliquosque pacis perturbatores compressisset, à filiis, quod in longiorem ætatem vita eius protraheretur, & quod Juditham alteram vxorem, mulierem procacem, duxisset, captus in monasterium diui Medardi Suessione vna cum filio iuniore Carolo detrusus est. Sed tumultuante optimo quoq; inuitis filiis Imperator custodia eductus, pristinæque dignitati restitutus est. Qui Iuditham vxorem ex Italia ab exilio redeuntem, recepit, atque filio Carolo Aquitaniæ regnum tradidit, Lothario vero Imperium commisit, ac non multo post decessit Moguntii, Anno Christi natiuitatis DCCCXL. cum imperasset annos XXVII. vixisset LXIV. Sepultus Meti in monumento Hildegardis matris.

VXORES LVDOVICI Pii, Imp.

HERMINGARDIS Augusta, Nigrani Comitis Saxonis filia, ex qua ei nati sunt.

LOTARIVS Imp.

PIPINVS Rex Aquitaniæ, &

LVDOVICVS senior Rex Aquitaniæ.

JVDITHA Augusta, Ludouici Imperatoris secunda vxor, Welphonis primi Comitis Altorfensis in Sueuia filia, ex qua natus est

CAROLVS Junior Caluus Rex Francorum, & Imp.

PIPI-

PIPINVS CAROLI MAGNI IMP. *Filius, Italiæ Rex.*

Rex à patre Italiæ appellatus eſt, Anno Domini DCCLXXXI. conſecratus & coronatus Romæ in Baſilica S. Petri ab Hadriano Papa, cum fratre ſuo Ludouico Rege Aquitaniæ, die Paſchatis videlicet XVII. Calend. Maij. Regnauit cum patre annos XXIX. menſem vnum, & dies XXI. Obiit ante patrem Veronæ, Anno Domini DCCCX. Idibus Julii. Sepultus in coemeterio Baſilicæ Sancti Zenonis Maioris, extra vrbem Veronæ.

. . . . Vxor Pipini Regis, ex qua ei nati ſunt filii:

BERNARDVS Rex Italiæ, ADELHAIS, ATALA, GVNDRADA, BERTHA, & THEDRADA.

BERNHARDVS REX ITALIÆ, *Pipini Filius, Caroli Magni Imperat. nepos.*

Rex ab auo appellatus Aquiſgrani, & in locum patris ſui mortui ſubſtitutus VIII. Calend. Januarij, Anno Domini DCCCXIII. ineunte, coronatus à Leone Papa III. Regnauit annos V. menſes III. & dies aliquot. Coactus ab Imp. Ludouico Pio Auguſto abdicauit Cabilone in Galliis, anno Domini DCCCXVII. Et ſequenti anno DCCCXVIII. Aquiſgrani, Regno & luminibus priuatus eſt, circa Calendas Aprilis, & non longe poſt occiſus eſt.

. . . . . . Vxor Bernhardi Regis, ex qua ei natus eſt filius

PIPINVS.

IMP. CÆSAR LOTARIVS, PIVS, FELIX,
Aug. Pii Imp. fil. Magni Aug. N.


MONETA AVREA LOTARII IMP.



Lotharius Ludouici Pij maximus natu ex Hermingarda filius, viuo patre, præter Italiæ Regnum, Galliam Narbonensem, & Imperium assecutus est, Carolo Gallia omnis cum Mosa, Ludouico Germania cessit. Sed defuncto patre, ea fratrum concordia non diu permansit: Nam Lotarius & Ludouicus maximo aduersus Carolum comparato exercitu, eo quod Carolus nobilioris paternæ possessionis hæres à patre institutus esset, in ipso resurrectionis Domini die, infestis signis ad Fontanicum Altissiodorensis agri vicum concurrere, in qua Carolus superior euasit, ac tot millia vtrinq; cecidere, vt conuulsę sint prope Imperii vires ac tota nobilitas Francica fere periret. Et cum bellum repararent, iterum victi pacem petierunt, quæ his conditionibus data fuit, vt Carolus Rex Franciæ, Ludouicus Germaniæ Rex diceretur, omnemq; Germaniā vsq; ad Rheni fluenta possideret, cum nonnullis adiacentibus ciuitatibus, & pagis trans Rhenum ob vini copiam admodum acceptis: Lotarius vero Galliam Belgicam, Regnum Prouinciæ, & eam portionem terræ, quæ ab eo Lotaringia est dicta, acciperet, cum iam Italiam possideret. Pipinus, Nepos eorum ex Pipino fratre, in monasterium detrusus est. Lotarius vero Imperator, partitus filiis regna, Ludouico in Imperii consortem adscito, con-

concessa Lotario Austrasia, & Lotharingia, Carolo vero Prouinciæ regno tradito, tædio rerum aduersarum, monasticam vitam in Monasterio Prumia secutus est, postquam imperasset annos XV. ibiq; mortuus fuit. Vixit annos LVIII.

SIGNVM LOTARII IMP.



VXOR LOTARII IMP.

HERMINGARDIS vxor Lotarii Imp. Hugonis Comitis filia, matrona nobilis & pudica, ex qua ei nati sunt.

LVDOVICVS Junior Imperator.
LOTARIVS Rex Lotharingiæ, &
CAROLVS Rex Prouinciæ, qui triennio ante patrem obiit, & Aquæ Sextiæ sepultus in Ecclesia Cathedrali.

IMP. CÆSAR LVDOVICVS JVNIOR, Lotarii Aug. fil. P. F. Aug.

NVMVS AVREVS LVDOVICI II. IMPER.



LVDOVICVS II. Lotarii Imperatoris ex Hermingarde

garde primogenitus filius, à patre consors ad Imperium adſcitus, trium filiorum maximus natu, & à Sergio Pontifice Romæ coronatus eſt. Princeps perhumanus, pius ac iuſtus, candida ſimplicitate, pupillorum & orphanorum tutor ſingularis. In literis tam diuinis, quam ſecularibus ſatis inſtructus, conſilio promptus. Contra Sarracenos ex Africa venientes, Beneuentum aggredientes, ac vniuerſam pene regionem illam cædibus, incendiis, ac rapinis depopulantes, fratre Lotario in auxilium vocato, pugnauit fortiter, & feliciter. Lucaniam, Samnium, & Capuam, quæ defecerant, in deditionem recepit. Adalgiſi Ducis petitus inſidiis, iiſque detectis, nunquam ſe Beneuentum rediturum, nec iniuriam hanc vlturum promittere iuramento adactus eſt. Sed à Romano Pontifice Joanne iuramento ſolutus, Adalgiſo fuga elapſo, de cæteris ſupplicium ſumpſit. Compoſitis vero vndiq; rebus, cum annos XIX. præfuiſſet Imperio, Mediolani obiit circa Cal. Auguſti, anno Dom. DCCCLXXV. ſepultus in Eccleſia S. Ambroſii, habetq; hoc elogium.

D. P. M.

Hic cubat ęterni Ludouicꝰ Cęſar honoris,
Æquiparat cuius nulla Thalia decus.
Nam ne prima dies regno ſolioq; vacaret,
Heſperiâ genito Sceptra reliquit auus.
Quam ſic pacifico, ſic forti, pectore rexit,
Vt puerum breuitas vinceret, acta ſenē.
Ingenium mirerne, fidem cultuſve ſacro-
(rum,
Ambigo, virtutis an pietatis opus?

Hic

Hic vbi firma virum mundo produxerat (ætas,
Imperii nomen ſubdita Roma dedit.
Et Saracinorum crebras perpeſſa ſecures,
Liber tranquillam vexit vt ante togam.
Cæſar erat cœlo, populus non Cæſare di- (gnus:
Compoſuere breui ſtamina Fata die.
Nunc obitũ luges infelix Roma Patronũ,
Omne ſimul Latium, Gallia tota dehinc.
Parci: tenam viuus meruit hæc præmia, gau- (det
Spiritus in cœlis, corporis extat honos.

SIGNVM LVDOVICI IVNIORIS Aug.



VXORES LVDOVICI IMP.

ENGIBERGA Auguſta, Ludouici vxor prima repudiata, ex qua ei nata eſt filia

HERMINGARDIS, vxor Boſonis Prouinciæ Regis, & mater Ludouici Italiæ Imperatoris.

. . . . . . Auguſta ſecunda vxor Ludouici Imp. filia Vinigiſi.

LOTARIVS, REX LOTARINGIÆ, Prouinciæ & Burgundiæ.



LOTARIVS filius Lotarij Imperatoris, defuncto patre & fratre Carolo Austrasiam, Lotaringiam, & Transiurensem Bugundiam obtinuit. Vxorem deinde duxit Thietbergam sororem Hugberti Abbatis, cuius consuetudinis pertæsus, ob amorem Waldradæ concubinæ, diuortium, autoribus Coloniensium Gunthario, & Thietgando Treuirensium Episcopis, consecutus est, concubina in torum coniugalem illata. Quod ægre ferentes Thietbergæ Reginæ fratres, apud Nicolaum summum Pontificem de hac iniuria conquesti sunt, qui vtrumq; Episcopatus dignitate priuauit, & anathemate notauit. Lotharius quoque communione piorum priuatus est. Post obitum Nicolai Pontificis cum Romam ad Hadrianum venisset, vt se ab anathemate liberaret, simulata pœnitentia, corpus Eucharistiæ ex manibus summi Pontificis, cum sua nobilitate accipiens, in reditu ex vrbe oppressus morbo, Placentiæ diem suum clausit vltimum.



IMPE-

IMPERATOR CÆSAR CAROLVS JVNIOR, *Caluus, P. F. Augustus, Ludouici Pii, Imp. fil. Caroli Augusti nepos.*


AVREA MONETA CAROLI Calui Imp.



CAROLVS Caluus Ludouici Pii Imperatoris, ex Juditha, altera vxore filius, ac Ludouici II. Imp. patruus, cum iam annis XXXVI. regnum Occidentalis Franciæ tenuisset, ac cum Britonibus & Normannis vario Marte dimicasset, de morte Ludouici Imp. certior factus, omni mora abiecta, summa cum festinatione, Alpibus superatis, in Longobardiam contendit, vt hinc recta Romam proficisceretur pro corona Imperii in Franciam Cæsarum nomen allaturus. Postquam vero Romã peruenit, à Joanne Pontifice corona Imperii donatus est. An. salutis DCCCLXXVI. Et mox in Sarracenos mouens, facile conatus eorum repressit. Inde in Galliam reuersus, in itinere Bosonem, vxoris fratrem, Regem Prouinciæ proclamauit. Repetens vero Italiam, regna, quæ Lotharij Junioris erant, magno comparato exercitu, in ditionem Francici Imperij redigere cupiebat. Aduersus quẽ Ludouici Germani filij profecti, prope Veronã pulchro certamine eum oppresserũt, & in fugam verterunt, qui fuga fœda elapsus, Mantuę curis confectus, non sine veneni dati suspicione, à Sedechia Judæo Medico, quem familiarius diligebat, decessit, cũ regnasset años XXXVI. imperasset bienniũ. Corpus eius exenteratũ, & multis

aromatibus conditum, cum sui in Franciam adferre cuperent, cadaueris putredine id ferre non valentes, Vercellis in D. Eusebii Martyris æde humatum est, vnde post annos VI. in Diui Dionysii templum delatum est.

SIGNVM CAROLI II.
Calui Imp.



VXORES CAROLI CALVI IMP.

HERMENDRVDIS prima Caroli Calui vxor, cuius familia non inuenitur, ex qua ei nati sunt

LVDOVICVS III. Balbus Imperator & Rex Francorum.

LOTARIVS, infans extinctus.

CAROLVS Aquitaniæ Rex, ante patrem mortuus.

CAROLOMANNVS, Dux Prouinciæ, cæcatus à patre.

IVDITHA, vxor Anglorum Regis Edinulphi, post Balduini Comitis Flandriæ.

HERMENDRVDIS abbatissa, in monasterio Lasnoniensi.

RICHILDIS altera Caroli Calui Imp. vxor, filia Buuini, soror Bosonis Burgundiæ Regis, ex qua duos suscepit liberos:

CAROLVM &

LVDOVICVM, qui annum non vixerunt.

IMP.

IMP. CÆSAR LVDOVICVS III. BALBVS, P. F. Auguſtus, Caroli Iunioris Calui Imperatoris fil.

NVMISMATA AVREA LVDOVICI III. Imper.



LVDOVICVS III. Caroli Calui ex Hermentrude filius, quod impeditioris & tardioris linguæ eſſet, BALBVS eſt cognominatus, vir ſimplex ac mitis, Iuſtitię, pacis, ac pietatis amator. Hunc, defuncto patre, Imperii titulo Ioannes VIII. Pontifex, præter multorum Principum voluntatem, ornauit: Nam vrbis primores pleriq; ad Carolum III. cui plurimum fauebant, rem trahebāt. Fertur præterea Pontificem in vincula coniectum, amicis tamen procurantibus, ac falſis cuſtodibus conſtitutis, cuſtadio elapſum veniſſe in Franciam, à quibus is officioſiſſime ſit exceptus. Balbum Auguſtum Pontifex creauit, ac diademate coronauit, Anno Domini DCCCLXXXVIII. Imperio autem valetudinarius Princeps vix biennio præfuit: Treucis enim decumbens, paucis interiectis diebus, morte abſumptus eſt, relictis liberis ex Auſgarda, Ludouico, Carolomanno, & Carolo Simplici.



SIGNVM

SIGNVM LVDOVICI III. Imp.



VXORES LVDOVICI IMP.

Avsgardam nobilem quandam puellam in flore iuuentutis, coniugii fœdere inſcio patre ſibi copulauit Ludouicus, quã vnice dilexit, & ex ea duos liberos præſtantes forma, atque animo iuuenes ſuſcepit, Lvdovicvm, & Carolomannvm. Coactus autem eſt à patre repudiare eam, quod ſine voluntate eius illam duxerat, interpoſito iuramento ſolenni, ne vnquam eam reciperet.

Repudiata Auſgarda, Adelhaidem, pater in matrimonium Ludouico dedit, quam grauidam Ludouicus, cum obiret, reliquit, quę expleto partu genuit poſthumum, cui nomen aui impoſuit, & dictus eſt Carolus Simplex, Rex Franciæ.

IMPERATOR CÆSAR CAROLVS III. CRASSVS, P. F. Auguſtus, Ludouici Regis Germaniæ fil. Pii, Aug. nepos, Magni Imp. pron.

AVREA MONETA CAROLI Craſſi Imp.



Caro-

CAROLVS III. Junior cognomento Crassus à corporis habitudine, Princeps Christianissimus, totusq; religioni deditus, Deo omnes suas actiones, atq; eius arbitrio cuncta deuouens, omnia Francorum Regna, quæ Maiores ipsius, non sine magna sanguinis effusione, obtinuerant, breui, sine conflictu assecutus est, Italiam à Sarracenis grauiter vexatam liberauit. Ob id à Joanne VIII. Pontifice Imperij coronam obtinuit. Ex Normannis hostibus Gallias assidue vastantibus amicos & affines sibi fecit, data scilicet Gothofrido Regi in matrimonium Gisela filia Lotarij, patruelis sui, & Frisia in dotem, addito baptismatis lauacro. Sed cum nec sic diu pacem seruarent, Imperator coactus est tradere eis locum habitandum, qui postea à nouis incolis Normannia est dictus, tametsi illud Carolo Simplici Regi Franciæ quidā attribuant. Qui Rolloni, post acceptum baptismatis lauacrum, Roperto dicto, Neustriam concessit. Verum cum inutilis esset Imperio, nec satis præsidij in eo videretur ad Normannos Gallia exturbandos, Imperio est depositus, & Arnulphus ei suffectus, Cæsarque est creatus. Carolus vero post abdicatum Imperium, in summa egestate adeo vixit, vt sæpius quotidiani victus sentiret penuriam, ab omnibus derelictus, priuatam vitam misere egit, adiutus ab Arnulpho certis ex Alemania reditibus pro victu quotannis, quem supplex rogauerat, ne fame periret. Mortuus itaq; pauper sine honore in Augeo maiori monasterio prope Constantiam humili monumento sepultus, habetque hoc epitaphium:

Carolus Rex Germanorum, Patritius Francorum, Romanorumque Imperator.

Regnauit in Germania annos II. menses VIII. & dies XIV. Regnauit & imperauit annos XI. menses quatuor, & dies XVII. Vixit annos . . . . .

SIGNVM CAROLI III.
Crassi Imper.



VXOR CAROLI III. CRASSI
IMPER.

Richardis Augusta, Regis Scotiæ filia, Caroli Crassi vxor, fœmina sanctimonia vitæ & castitate insignis. Cui cum maritus adulterii crimen obiiceret, quod familiarius ageret cum Luitvvaldo Vercellensi Episcopo, vnico suo Consiliario, cui rerum omnium administrationem concesserat, ac in concione iurasset hactenus integram à se relictam, illa quæ mariti impotentiam tot annis celauerat, accersitis obstetricibus & mulieribus honestis, suam integritatem & castitatem declarauit, factoque dissidio, & acceptis bonis suis, in Alsatia monasterium sacrarum virginum construxit, Deoque se dicauit.

CAROLOMANNVS ITALIÆ ET BAVARIÆ Rex, Ludouici Regis Germanorum F. Pii, Imp. nepos, Caroli Magni pronepos.



Carolomannus Rex, regnare cœpit in Bauaria v. Calend. Septembris, die obitus patris sui Ludouici Germaniæ

maniæ Regis cum fratribus suis Ludouico Juniore, & Carolo Crasso postea Imperatore, Anno Domini DCCC-LXXVI. Regnauit annos III. menses VII. & dies VI. Regnare cœpit in Italia post obitum Caroli Junioris Imperatoris, Anno Domini DCCCLXXVII. Regnauit annos II. & menses VI. Obiit IV. Nonas Aprilis, Anno Domini DCCCLXXX. in Bauaria, sepultus in monasterio Hodingas. Vixit annos . . . . .

SIGNVM REGIS CAROLOMANNI.



VXOR CAROLOMANNI REGIS.


. . . . Vxor Carolomanni Regis Italiæ & Bauariæ.

. . . . Concubina Carolomanni Regis, ex qua ei natus est filius,

ARNVLPHVS Imperator.


IMP. CÆSAR ARNOLPHVS, P. F. AVGVSTVS, Carolomanni Regis Italiæ & Bauariæ filius, Ludouici Regis Germaniæ nepos, Pii Imperatoris pronepos, Caroli Magni Augusti abnepos.

MONETA AVREA ARNOLPHI IMP.



Arnolphus naturalis filius Carolomanni Regis Italiæ & Bauariæ, nepos Ludouici senioris Regis Germaniæ, Orientalis Franciæ strenuus Dux, ab optimatibus, qui Carolum Crassum viribus animi & corporis deficientem videbant, Imperator electus est. Contra Maharenses rebellantes profectus, regnaque eorum ingressus, omnia solo æquauit, atque in finibus Bauariæ Sclauorum temeritatem repressit. Aduersus Normannos in ripa Mosæ res egregias gessit, eosq; ad fidem Christianam amplectendam coëgit. Mox prædæ dulcedine captus, in rapinas templorumque spoliationes conuersus est: Ac cum Italiam tumultuantem pacare contenderet, pharmaco quodam dementatus, ac morbo pediculari confectus Ratisbonam delatus tandem mortuus est, Anno salutis DCCCXCIX. Imperii sui XII. Sepultus iuxta patrem suum, in monasterio Hodingas.

SIGNVM ARNVLPHI IMP.



VXORES ARNOLPHI IMP.

Hagnes filia Imp. Constantinopolitani quam Arnolphus Dux adhuc existens Bauariæ & Corinthiæ, vxorem duxit, è qua duos sustulit filios

Arnolphvm, cognomento Mulum, Ducem Bauariæ, &

Wernhervm Comitem in Scheurn.

Lvitgarda, aliâs Deita Augusta, secunda vxor Arnolphi Imp. ex qua ei natus est

Lvdovicvs IV. Imp.

Bertha, &

Lvitgarda, vxor Othonis Ducis Saxonum.


. . . Con-

. . . . Concubina Arnolphi Imp. ex qua ei natus est

ZENEBALDVS, Rex Lotharingiæ.

CÆSAR LVDOVICVS IV. REX Romanorum, Arnolphi Augusti filius.

ARGENTEA MONETA LVDOVICI IV. IMP.



Ludouicus IV. Arnolphi Imperatoris ex secunda coniuge Deyta filius, vir strenuus & bellicosus, omnibusque amabilis iuuenis admodum. Post patris obitum ab optimatibus Franciæ Orientalis, in oppido Forchaim Imperator electus, regiisque ornamentis insignitus est. Huius tempestate Hungari iuuenem Regem despicientes, Bauarorum fines inuaserunt, templa igne vastarunt, multosque iugularunt, quibus cum Ludouicus resistere vellet, ac coacto exercitu circa Augustam Vindelicorum prælium commisisset, victus superatusque est. Hungari victoria potiti, omnia cædibus, rapinis incendiisque vastarunt, Italiamq; & Longobardiam penetrarunt. Post quorum abitum, Ludouicus prouincias suas singulas adiuit, & reformauit, conuentusque generales Principum egit, & dissensiones nobilium composuit. Cum autem multa pręclara gessisset, quib. sem-


per fere succubuit, ceu infortunatus, tandem mortuus est sine hærede, Anno Imperij XII. Ratisbonæ in cœnobio Diui Emeriani, cum patre & auo sepultus. Vixit annos. . . . . . .

VXOR LVDOVICI IV. IMP.

MATHILDA, quæ ab aliis Luitgarda appellatur, soror Brunonis Ducis & Othonis Magni Luitholphi Ducis filia, Ludouici vxor ex qua nullam suscepit prolem.

CONRADVS REX GERMANIÆ, CONRADI
Ducis Franconiæ Filius.

MONETA AVREA CONRADI
Regis.



CONRADVS ex Duce Franconiæ, Hassiæ, Wetterauiæ, Frislariæ, Rex appellatus, Anno Domini DCCCCXI. mense Decembri, coronatus fuit Aquisgrani, ab Hattone Archiepiscopo Moguntino, Anno Domini DCCCCXII. Regnauit annos VII. & menses VI. Obiit in Quintelingeburg in Germania, sepultus in monasterio Fuldensi circa Calendas Julii, Anno Domini DCCCCXIX. Vixit annos . . . . .


VXOR

VXOR CVNRADI REGES.

PLACENTIA Ludouici senioris Regis Germaniæ filia, Conradi Regis vxor, ex quo nullam tulit sobolem.

REGES ET IMPERATORES Italiæ, qui per hæc tempora fuerunt.

IMP. CÆSAR BERENGARIVS, P. F. AVG.
Eberhardi Ducis Foroiuliensis filius.



BERENGARIVS filius 1. Eberhardi Ducis, Romà oriundus, è stirpe Longobardorum Regum, vir magnanimus, & militaris disciplinæ non ignarus, à Carolo Caluo princeps Italiæ, & Dux Foroiuliensium creatus, cum Guidone Spoletinorum Duce. Hi duo autem dum in gratia & authoritate Caroli Calui essent, magnis collectis opibus, Carolo Crasso animo & corpore deficiente, inter se conspirarunt, rerumque potiundarum inter se consilium inierunt, placuitque, vt Berengarius in Italia, Guido in Francia nomen Imperii inuaderent. Guido vero mox fracto iuramento, & repulsa confœderatione, Italiæ regnum affectare cœpit, collectoque

magno exercitu, Italiam ingressus, Berengarium commisso prælio vicit atque fugauit. Quem rursus Berengarius Arnolpho in auxilium vocato, fugientem persecutus est, ac rursus variante fortuna Guido Arnolphum insecutus, iuxta fluuium Tarum mortuus est. Berengarius itaq; solus tota Italia potitus, multa præclara gessit, ac postea à compatre Flamberto nocte templum ingressus, insidiose trucidatus est, sepultus in porticu S. Petri in arce Veronæ, Anno Domini CMXXIII. circa mensem Decembrem. Vixit annos. . . . . .

SIGNVM BERENGARII IMP.




VXOR BERENGARII IMP.

. . . . . . Vxor Berengarij Imperatoris, ex qua ei nata est

GISELA, vxor Adelberti Eporediæ Marchionis, & mater Berengarij II. Regis Italiæ.


IMPERATOR CÆSAR WIDO, PIVS, Felix, August. Lamberti Ducis Spoletani Filius.



WIDO

Wido Lamberti filius, ex Duce Spoletano Rex Italiæ ab Italicis Principibus contra Berengarium appellatus Papiæ, Anno Domini natiuitatis DCCCLXXXVIII. Regnauit & imperauit annos VI. Regnauit tantum annos III. Consecratus & coronatus est Imperator Romæ ad S. Petrum, à Papa Stephano V. IX. Cal. Martii, Anno Domini DCCCXCI. indictione IX. Imperauit annos VI. Obiit iuxta fluuium Tarum prope Parmam in Lombardia, Anno natiuitatis Domini DCCCXCIV.


SIGNVM WIDONIS IMP.



Ageltrudis Augusta vxor, ex qua ei natus est LAMBERTVS Imp.

IMPERATOR CÆSAR LAMBERTVS, Widonis Augusti Filius, Pius, Felix, Augustus.

AVREA MONETA LAMBERTI Imperatoris.



LAMBERTVS Rex Italiæ à patre Widone Imperatore appellatus est Papiæ, Anno Natiuitatis Domini

DCCCXCII. Regnauit & imperauit annos VIII. Regnauit cum patre annos III. Consecratus & coronatus Imperator à Formoso Papa, Romæ in Basilica Sancti Petri anno natiuitatis Domini, statim post patris obitum. Imperauit solus post patris mortem annos plus minus V. Occisus insidiis Hugonis Mediolanensis, cuius patrem Manifredum Comitem Mediolanensem interfecerat, in nemore Manrico in Lombardia, dum venaretur, Anno Domini DCCCXCIX.


SIGNVM LAMBERTI IMP.



Willa Augusta vxor Lamberti Imperatoris, fuit marito superstes.

IMPERATOR CÆSAR LVDOVICVS IV.
Pius, Felix, Augustus, Bosonis Regis Prouinciæ filius.


ARGENTEA NVMISMATA
Ludouici Imp.



LVDOVICVS Imperator, Italiæ Bosonis Regis Prouinciæ filius, Ludouici Iunioris Imperatoris ex filio Hermingar-


mingarda nepos, Rex appellatus Ticini contra Berengarium ab Italicis Principibus, Anno Dom. DCCCXCX. Regnauit & imperauit in Italia contra Berengarium annos V. Regnauit annos III. Consecratus & coronatus Imperator Romæ in Basilica S. Petri à Papa Benedicto IV. Anno Domini CMI. Imperauit annos III. Coactus à Berengario Veronæ abdicauit, oculisque & Regno priuatus est, Anno Domini CMIV. mense Augusti.

SIGNVM LVDOVICI IV.



RVDOLPHVS REX BVRGVNDIÆ ET Italiæ, Cunradi F. Hugonis Abbatis nepos.






Rudolphus Conradi filius, Hugonis Abbatis nepos, regnare cœpit in Burgundia contra Arnolphũ Imp. Anno Dom. DCCCLXXXVIII. post obitum Caroli Imp. III. Regnauit in Burgundia & Italia ann. plus minus L. In Italia Rex appellatus contra Berengarium à Principibus Italiæ, Anno Dom. CMXXII. mense Januar. post obitum Ludouici IV. Imperat. Regnauit annos plus minus IV. Abdi-

Abdicauit regnum Italiæ ſponte, Anno Dom. CMXXVI. Obiit Rex Burgundiæ, in Burgundia, Anno Domini natiuitatis CMXXXVIII.

SIGNVM RVDOLPHI REGIS.



BERTHA vxor Rudolphi, Burchardi Sueuorum Ducis filia, ex qua ei nati ſunt
CVNRADVS Rex Burgundiæ, &
ADELHAIS vxor Lotarij Regis Italiæ, poſt Othonis primi Imp.

HVGO REX ITALIÆ, LOTHARII COMITIS Prouinciæ Filius, Lotarii Regis Lotaringiæ nepos, Imp. Lotarii pronepos, Pii Ludouici Aug. abnepos, Caroli Magni Imperatoris adnepos.



HVGO ex Comite Arelatenſi in Prouincia, Rex appellatus Papiæ à principibus Italiæ contra Rudolphum Regem menſe Julio anni CMXXVI. Regnauit annos XX. in Italia, ſolus V. cum filio Lotario XV. Obiit in Prouincia, Anno Domini CMXLVI.

SI-

SIGNVM HVGONIS REGIS
Italiæ.



VXORES HVGONIS REGIS ITALIÆ
& Prouinciæ, & concubinæ.

ALDA Regina, ex qua ei nati sunt
LOTHARIVS Rex Italiæ, &
ALDA, vxor Alberici Romani Consulis, mater Joannis Papæ XII.
MORACIA Romana secunda vxor Hugonis Regis, repudiata.
BERTHA III. vxor Regis Hugonis, repudiata.
VANDELMONDA, concubina Hugonis Regis, ex qua ei natus est
HERIBERTVS, aliâs Vbertus Thusciæ Princeps.
BEZOLA Venus Sueuica, concubina altera Hugonis Regis, ex qua ei nati sunt
BOSO Episcopus Placentinus, &
BERTHA Eudoxia, Vxor Romani Junioris Constantinopolitani.
ROZA Juno, Valberti F. concubina tertia Hugonis Regis, ex qua ei nata est filia. . . . . .
STEPHANIA Semeles Romana, ex qua ei natus est
THEOBALDVS Archidiaconus Mediolanensis.

ARNOLDVS DVX
Baioariæ, & Carantenorum.

Regnum Italiæ inuadere volens, Veronam vsque contra

contra Hugonem venit, à quo prælio victus, Italia exactus est, anno Domini CMXXXII.

LOTARIVS HVGONIS FILIVS,
Rex Italiæ.



LOTARIVS Hugonis filius, Rex à patre appellatus Ticini, Anno Domini CMXXXII. Regnauit annos XVIII. & menses aliquot in Italia, cum patre XV. solus annos IV. Obiit in Italia, Anno Domini CML.

SIGNVM LOTARII REGIS
Italiæ.




ADELHAIS filia Rudolphi Regis Burgundionum & Italiæ, vxor Lotarii Regis.

BEREN-

BERENGARIVS JVNIOR, REX JTALIÆ, Adelberti Eporediæ Marchionis filius.

AVREA MONETA BERENGARII Iunioris Imp.



BERENGARIVS filius Adelberti Porregiæ Marchionis, & Gisellæ filiæ Berengarij, Imperator factus, filium suum Adelbertum Regem Italiæ dixit, cum quo XI. annos Imperium Italiæ administrauit. Qui cum Tyrannum potius quam Principem ageret, Otho eum cum filio Alberto vinctum in Germaniam duxit, Italia ab omni tyrannide liberata. Sed in conuentu Francorum, Saxonum, Bauarorum, Alemannorum & Longobardorum à Cæsare veniam meruit, restituta illi omni Longobardia. Cum vero tyrannidem iterum exerceret, superbeque ac auarissime imperaret, iterum captus cum coniuge & filiabus, in Bauariam ductus, tandem exul Bambergæ mortuus, honorifice sepultus est.

WILLA, Bosonis filia, vxor Berengarij Junioris, ex qua ei nati sunt

ADELBERTVS Rex Italiæ.
WIDO Dux.
GISELLA &
GEBRERA.

ADELBERTVS, BERENGARII F. Rex Italiæ.



Rex Italiæ appellatus à patre, cum eo regnauit annos XIV. Regno ab Othone I. Imperatore exactus cum patre, Anno Domini CMLIV. Iterum Rex Italiæ contra Othonem Imperatorem à proceribus Longobardis suæ factionis appellatus est, Anno Domini CMLXV. Regnauit contra Othonem annos III. & menses aliquot. Prælio victus, regno exactus est ab Imp. Othone, Anno Domini CMLXVIII. & non longe post mortuus est.

CÆSAR HENRICVS AVCEPS, REX GERMANIÆ, Othonis Ducis Saxoniæ filius, Ludolphi nepos.

MONETA AVREA HENRICI Cæsaris.



HENRICVS Othonis Ducis Saxoniæ filius, Auceps cognomento dictus, quod venationi & aucupio multum studebat, à Conrado, eo quod hunc solum Imperij administratione dignissimum existimaret, electus, insigniisq; Imperialibus do[illegible]tus, & à primoribus & Principibus German[illegible]nni Francorum exercitu, Fristilarij congreg[illegible]signatus, & Augustus coram omni populo mag[illegible]um acclamatione appellatus est. Princeps sane prudentissimus, piissimus & modestissimus; qui Imperiū summa cum prudentia & fortitudine administrauit. Primam expeditionem contra Arnoldum, se infestis armis Imperio opponentem, fecit. Nihil tamen hostiliter tentans, Arnoldum Ducem familiariter ad colloquium postulans, cum eo sermones contulit, monuitque serio, Imperij Maiestatem à Deo donari, quod si reliquorum Principum suffragiis electus princeps esset, tum se alteri cessurum. His dictis, animū Arnoldi quietum reddidit, vt sine cæde vltro pareret. Postea cum exercitu contra Burchardum Alemaniæ Ducem rebellem profectus est, quem in deditionem recepit. Hungaros præterea Saxoniam inuadentes, memorabili prælio apud Martisburgum in confinio Saxonum fudit, ac fugauit: Vnde & ingentem sui timorem ac æstimationem apud nationes exteras sibi conciliauit, & toti Germaniæ summam tranquillitatem peperit. Slauos, Dalmatas debellauit, prædamque ingentem abegit. Pergam vel Pragam Bohemorum vrbem; vna cum Duce suo Wenceslao in deditionem accepit, legibusque Imperii subiecit. Lotharingiæ terram Germaniæ regno restituit, & à Burgundionum Rege lanceam illam, qua Christus perfossus, consecutus est. Cæterum aduersa valetudine correptus; Othonem filium suum, & quod optimus & religiosus esset, conuocato omni populo, Regem designauit, omniq; Francorum Imperio præfecit. Rebus omnibus rite compositis, tactus pa-

 raly-

ralysi, mortem obijt, in Castello Saxoniæ Himeluna VI. Nonas Julij, Anno Dom. CMXXXVI. Sepultus in Quintelingeburg, in templo S. Petri, Anno ętatis suæ LX. Imperij XVII.

SIGNVM HENRICI IMP.



VXOR HENRICI IMP.

Mechtildis Theodorici ex eadem gente Saxonum filia, nobilissima & raræ pudicitiæ matrona, honestatis & virtutum exemplar, Henrici Imp. vxor, ex qua ei nati sunt, Otho Magnus Imp. Henricus Rixosus Bauariæ Dux, Bruno Archiepiscopus Coloniensis, Geberga vxor Regis Francorum Ludouici, Mithildis abbatissa, Adelhais, Rixa, & Juditha.

Mithildis concubina Henrici Imp. ex qua ei natus est filius DANQVARDVS.

IMP. CÆSAR OTHO MAGNVS, HENRICI Regis filius, P. F. Aug.

OTHONIS MAGNI AVREVM numisma.



OTHO

Otho Magnus Henrici Aucupis filius, Primotum Germaniæ consensu, Regni successor est electus, & Aquisgrani ab Episcopo Moguntino coronam Imperialem accepit. In initio sui Imperij, tumultus plenos periculi exortos sedauit: Eberhardus enim Palatinus, & Giselbertus Lotaringiæ Princeps, quod ex posteritate Caroli & Francorum essent, contendebant successionis iure, Imperium à Saxonibus ad Francos deriuari, & Henricum fratrē Othonis maiorem natu, eo prætextu quod ætatis nomine ipsi deberetur administratio Imperij, ad se pertrahebant. Grauissimum hoc fuit bellum, & plurimæ in eo pugnæ commissæ. In vltimo tamen conflictu apud Andernacum Palatinus Eberhardus occubuit, & Dux Giselbertus inter fugiendum in Rheno submersus est. Henricum fratrem Marsburgi obsidione cinxit Otho, qui videns conatus suos irritos esse, & debilitari sua præsidia, ad Othonem supplex venit, delicti orans veniam, à quo susceptus, & non multo post Ducatu Bauarico donatus est. Filium quoque Ludolphum secundas nuptias patris cum filia Regis Burgundionum improbantem, & ob id bellum molientem, graui obsidione primum Moguntiæ, deinde Ratisbonæ pressit: sed statim patri reconciliatus, firmissimæ pacis leges constitutæ sunt: Hungaros apud Augustam vrbem ad Lycum fluuium fudit, atq; ita robur eorum debilitauit, vt postea Germaniam ingredi non ausi sint. In quo conflictu Conradus Sapiens occubuit, delatusque Wormatiam, ibi sepultus est, ac tres Reguli capti à Germanis suspensi sunt. Ab Italis contra Tyrannidem Berengarij accersitus, in Italiam venit: vbi Berengarius vltronea deditione impetrauit non modo eam gratiam, vt non pelleretur, sed vt magna Cisalpinæ Galliæ parte donaretur. Berengario vero cum filio iterum res nouas moliente, vocatus in Italiam Otho, victos captosq; alterum Bambergam, alterum Byzantium relegauit. Inde Romam profectus,

fectus à Joanne XII. Pontifice coronatus est. Quem tertio Italiam repetens, cum grauissimorum criminum reus ageretur, sæpe tamen vt resipisceret antea admonitũ, synodo coacta, officio deiecit, Leone suffecto. Hunc cum Joannis Pontificis necessarij, sub Othonis profectione redeuntem, vrbe eiecissent, vlturus insignem iniuriam ex Vmbria Otho aduolat, Romanisque Coss. cum Præfecto in Germaniam relegatis, Leonem restituit, Sarracenis quoque & Græcis, qui illis adhæserant, ex Apulia & Calabria fugatis, in Germaniam reuersus, filio prius Othone Imperij consorte electo, Magdeburgi Saxoniæ vrbe defunctus est. ibique sepultus, Anno salutis DCCCCLXXXXIII. Regni XXXVII. Imperij XIII.

SIGNVM OTHONIS MAGNI
Imper.



VXORES OTHONIS IMP.

Edgitha Augusta, Edimundi Anglorum Regis filia, Othonis Magni prima vxor, fœmina singularis sanctimoniæ, mortua Magdeburgi, ac ibidem sepulta, ex qua nati sunt.

Luitolphus Dux Saxoniæ.
Guilhelmus Archiepiscopus Moguntinus.
Luitgarda vxor Conradi Ducis Lotaringiæ.

Adelhais Augusta, relicta Lotarij Italię Regis, altera Othonis Magni vxor, Rudolphi Burgundionum Regis & Berthæ filia, ex qua nati sunt.

Otho Junior Imperator.
Henricus Dux Saxoniæ.
Bruno, & Adelhais.

IMP.

IMP. CÆSAR OTHO IVNIOR, PIVS, FELIX, Augustus, Othonis Magni Imperat. filius.


AVREA MONETA OTHONIS Iunioris Imp.



Otho II. Othonis Magni & Adelhaidis Reginæ Burgundiæ filius, viuente patre Aquisgrani Rex est declaratus, & Romæ inunctus, cuius etiam opera Sarracenos Græcosq; Calabria expulit. Mortuo patre Henricū Bauariæ Ducem nouis rebus studentem, armis domuit. In Lotaringia motus excitatos, ingenti coacto exercitu, sedauit, atq; Carolo Lotarij Regis Francorum fratri Lotaringiæ Ducatum tradidit, beneficiumque Cæsarum iureiurando reddidit. Quibus rebus offensus Lotharius Rex Franciæ, collecto exercitu inopinato Cæsarem Aquisgrani prope oppressit, vt vix fuga elaberetur. Imperator cupiens eam abluere infamiam, Galliam ingressus Parrisios vsque depopulatus omnia, Gallos ad pacem poscendā coëgit. Cæterū dum reuertitur, in Axonæ fluuii transitu graui incommodo à Francis affectus est, plerisque militum fluminis impetu, aliis ferro necatis. Pacata Germania profectus in Italiam, bellum contra Græcos, qui Sarraceno etiam milite instructi Calabriā & Apuliam vindicabant, parauit, eas prouincias iure affinitatis, ob vxoris suæ Theophaniæ Graiæ mulieris dotem, ad Imperium Romanum transferre cupiens, ac

his congressus, ad Basentellum victus est, ipse scapha conscensa ad mare delatus, inter fugiendum à piratis captus est. Verum cum ob Graiæ Linguæ cognitionem ignotus esset nautis, neque haberetur Princeps Germanus, magna numerata pecunia facile ab hostibus se redemit, Romamque reuersus, & reliquiis exercitus collectis, dum nimis incaute Græcos, & Sarracenos persequitur, sagitta venenata vulneratus, Romamque delatus, paucos post dies vita decessit, Anno Domini CMLXXXIII. ibique in Palatio ante Basilicam S. Petri introeuntibus ad partem læuam marmoreo sepulchro conditus est. Vixit annos plus minus XXIX. Anno Imperii XVII. relictis liberis, Othone III. & Hugone Duce Saxoniæ, ac tribus filiabus.

SIGNUM OTHONIS II. IMP.



VXORES OTHONIS II. IMP.

Theophania Augusta, Nicephori, vt alij scribunt, Romani Imperatoris Constantinopolitani filia, callida & astuta, Othoni Imp. in matrimonium tradita est, ex qua nati sunt.

Otho III. Imp.
Hugo Dux Saxoniæ.
Alysia.
Eudoxia,
&
Theophania.

Primatibus autem Imperatrix Theophania cœpta haberi exosa, quod omnibus propter exercitus cladem cõsternatis, sola fœminea & Græca leuitate insultabat.

Aliam

Aliam vxorem è familia Marchionum Austriæ, cuius nomen ignotum est, habuit

- Otho, quæ ei peperit
  - Vtilhaidim vxorem Theodorici primi Comitis Holandiæ.
  - Sophiam Abbatissam in Gundershaim.
  - Adelhaidam Abbatissam in Quintelburg.
  - Juditham vxorem Ducis Poloniæ, &
  - Mithildim.

. . . . . . Concubina Othonis II. Imp. ex qua ei nati sunt

- Fridericus, &
- Vdalricus.

IMP. CÆSAR OTHO III. CÆSARIS OTHONIS II. filius, Othonis Magni nepos, Pius, Felix, Augustus.


AVREA MONETA OTHONIS III. Imperatoris.



Otho III. Saxoniæ Dux, Othonis II. ex Theophania Regina filius, à Principibus Germaniæ communibus suffragiis contra Italos, Imperium ad se trahere contendentes, Imperator creatus est, ac à Gregorio summo Pontifice consanguineo suo (Brunonis nomine appellato) quem ille Pontificem Roman. creauit, Diade-

Diadema Imperiale accepit. Reuerſo autem Othone in Saxoniam Gregorius Pontifex à Romanis eiectus eſt. De quo Imperator certior factus, minarum iræque plenus, ingentibus copijs vrbem petijt, eamq; cepit, Joannem Pſeudopontificem oculis primum, dehinc vita priuauit, Creſcentium autem conſulem huius tragœdiæ ex fuga retractum vili iumento auerſe imponi, & per vrbẽ duci, paulatim detruncat[illegible]ris, ac mille confoſſum vulneribus ante vrbe[illegible]iuſſit: Gregorium vero reſtituit. Qui vt Oth[illegible] Germanis gratificaretur, nouam fecit vna cum Othone de eligendo à Germanis Proceribus Imperatore ſanctionem, formulamq; ac legem creandi Imperatoris, vt hæc electio perpetuo Germanis maneret, vt è ſuo corpore Cæſarem deſignarent, atque ea ſeptem Germaniæ principibus, tribus ſacri ordinis, quatuor profanis delegata eſt authoritas, quæ per quingentos annos & amplius durat. Conſtituta hac ordinatione Itali varios tumultus aduerſus Othonem concitarunt, adeo vt tutus eſſe non poſſet, & dum reditum in Germaniam maturaret, miſſo per inſidias veneno à Creſcentij vxore necatus eſt, Anno Domini MI. Cadauer Aquiſgranum, inteſtina Auguſtam translata, Anno Imperii XIX.

SIGNVM OTHONIS III. CÆSARIS Auguſti.



VXOR OTHONIS IMP.

MARIA de Arragonia vxor Othonis, fœmina impudica, virorum appetentiſſima, & ſterilis, iuuenem habitu muliebri, cum quo quotidie congrediebatur, ſecum duxit,

duxit, eoque pro cubiculario vsa est. Quod cum innotuisset Imperatori, multis adstantibus Principibus iuuenis vestibus spoliatus pro fœmina masculus repertus est, viuusque dehinc combustus. Amatore itaque illo extincto & combusto, cum ab Imperatore veniam meruisset, in Italia circa Mutinam Comitem quendam formæ elegantissimæ, sed virum optimum, deperire cœpit, cui ille multis ab Imperatrice pellectus blanditiis, cum assentiri nollet, falsis apud Cæsarem delationibus ab ea accusatus est, & pœna capitis damnatus. Re autem patefacta, Imperator vxorem comburi iussit, viduamq; Comitis multis bonis & muneribus donauit.

IMP. CÆSAR HENRICVS IVNIOR CLAVDVS, Pius, Felix, Augustus, Henrici Hezeli Ducis Bauariæ filius, Henrici Rixosi Ducis Saxoniæ nepos, Henrici Regis pronepos.

MONETA AVREA HENRICI Imperatoris.



Henricvs Dux Bauariæ, Comes Bambergensis, dictus Claudus, ab Electoribus formula Gregorii Imperator creatus est. Princeps illustris moribus, & vitæ sanctimonia præclarus, in bonis literis à teneris educatus, prudentia & insignibus victoriis clarus. Multa & ingen-

ingentia bella mirabili fœlicitate gessit. Principio Bohœmos & Vādalos bello fatigatos, tributarios subditos sibi fecit. Metas & Gandauum obsedit. Lotharingiā & Flandriam deuicit. In Italia aduersus Sarracenos pugnauit, eosque Italia expulit. Victor tum Romæ à Benedicto VIII. coronatus est. Hungaros ad fidem Christianam pertraxit, & Stephano Hungarorum Regi sororem in matrimonium tradidit. Multos Episcopatus, qui Barbarorum incursione fuerant deuastati, auxit & locupletauit, reditibusq; suis denuo ditauit. Bambergæ Episcopatum fundauit, & diuitiis dotauit. Cumq; regnasset XXII. annos, Conradoque Franco legitimo suffragio Electorum in Cæsarem electo, in humanis esse desiit, ac Bambergæ sepultus est, superstite coniuge Chunegunda, cum qua cœlibem perpetuo vitam duxit, eamq; iam morti proximus, parentibus, cognatis & affinibus conuocatis, illibatam, castam & intactam reddidit & commendauit.

SIGNVM HENRICI IMP.



VXOR HENRICI II.
Imper.


Chvnegvndis Augusta, Sigefridi Comitis Palatini Rheni filia, vxor Henrici Imperatoris, cum qua in cœlibatu semper vixit, mortique proximus, eam cognatis suis in tactam & castam virginem reddidit.



CÆ-

CÆSAR ARDOVINVS, REX Romanorum.

ARGENTEA MONETA ARDOVINI Cæsaris.



Ardovinvs Italici ſanguinis, in Gallia Tranſpadana natus, Marchio Jure, ob egregias virtutes, & res ſtrenue fortiterque geſtas, Mediolani ab Epiſcopis & nobilibus Imperator declaratus eſt. Contra quem Henricus II. cum magno exercitu Italiam ingreſſus, eum prælio vicit. Sed reparato exercitu Ardouinus ſecundo cum Henrico congreſſus, exercitu amiſſo victus & cæſus eſt. In authores deinde huius defectionis Mediolani grauiter ab Imperatore animaduerſum fuit.

EGINHARDVS, DESIGNATVS Rex Romanorum.

Qui imperium contra Henricum arripuit in Germania, & non longe poſt Pallodi occiſus eſt, Anno Domini MIII.



Mm IMP.

IMP. CÆSAR CONRADVS IVNIOR SALIQVVS, Pius, Felix, Augustus, Hermanni Ducis Franconiæ filius, Cunonis nepos, Othonis pronepos.

NVMMVS ARGENTEVS CONRADI Imperatoris.



438



Conradvs Hermanni Ducis Francorum, & Lotaringię Adelhaidis filius, Saliquus cognominatus, post annorum duorũ interregnum eo quod Electores Principes inter se de eligendo Rege dissidebant, legitimo suffragio Imperator creatus est, virtute & militari disciplina, ad tantum fastigium euectus. Dissensiones vndique in Imperij initio ortas summa prudentia sedauit. Italiam ingressus est, vt odia Principum in se castigaret, qui partim libertatem asserere conabantur, partim declaratum Cæsarem armis ab ingressu repellere adnitebantur: in Mediolanum mouit, atque obsedit, & cum supremum exitium vrbi minaretur, deterritus oraculo, ab omni grauiore iniuria abstinuit, Romamque profectus, coronam Imperij à Pontifice Joanne accepit. Inde Sclauos rebelles ad vnionem & pacem redegit. Hungaros deficientes adeo est bello persequutus, vt coëgerit Stephanum Regem missis legatis pacem petere, cæterosq; omnes Bohemos & Polonos tributarios prius factos, ad parendum compulerit. Contra Pannonas, qui rebel-

rebellantem Italiam socialibus armis adiuuerant, feliciter pugnauit. Rudolphum Burgundiæ regem sui conciliauit. Leopoldum etiam pacis & otij turbatorem, bello petitum compescuit. Cæterum cum in Germaniam rediret, circa Traiectum Frisiæ vrbem, subita morte sublatus est, corpore Spiram delato, & in templo à se constructo honorifice sepulto, habetque hanc inscriptionem:

Conradus Imperator Romanorum, obiit Anno Dominicæ incarnationis MXXXIX. pridie Nonas Iunii.

Regnauit & imperauit annos XXIV. menses X. & dies XXII. Vixit annos . . . . .

SIGNVM CONRADI IMP.



CONRADI IMP. VXOR.

GISELA Lotarii Regis Franciæ V. & Mechtildis filia, de antiquissimo Caroli Magni stemmate, tres habuisse maritos fertur. Primum Brunonem, Marchionem Saxoniæ, ex quo Luitolphum peperit. Secundum Ernestum, Ducem Sueuiæ, ex quo gemellos Ernestum & Hermannum suscepit. Tertium Conradum Imperatorem, cui peperit Henricum II. Imp. Cæsarem, ac post obitum mariti, anno IV. mortua, cum eo Spiræ sepulta.

CVNO DESIGNATVS REX ROMANORVM.

Hic Imperator in Germania contra Imperatorem Conradum creatus, non longe post coactus abdicauit, Anno incarnationis Domini MXXIV.

Mm 2 *IMP.*

IMP. CÆSAR HENRICVS II. NIGER, P. F. Aug. Conradi Imp. filius.

AVREVM NVMISMA HENRICI Nigri Imp.



HENRICVS II. Conradi Imperatoris ex Gisela nobilissima fœmina filius, viuo patre consors Imperii adscitus, ac Romanorũ Rex ab Electoribus designatus est. Princeps humanus, natura facetus, hilaris & largus. In Bohemos rebelles, nec annuũ censum persoluentes, copias duxit, gentem eam attriuit, Ducemque Vratislaum cepit, ac annuum sibi pendere tributum coëgit. Petrum Regem ab Hungaris eiectum restituit, Aba Rege interfecto, Hungariamque variis agitatam motibus sedauit ac quietam reddidit. Lotaringiæ quoq; Ducem, vt imperio pareret, subegit. Romę tres Pontifices de papatu simul concertantes reiecit, Pontificię sedi Suidegero II. Bambergensi Antistite, qui postea Clemens II. appellatus, præfecto. Et vt caueret in posterum summorum Pontificum securitati, Romanos iureiurando adegit, nullum sine suo permissu creandum Pontificem. Inde apud Capuam Sarracenos vicit, eaque nouo præsidio firmata in Germaniam reuersus, Moguntiæ synodũ, Leone Papa præsente, celebrauit. Cunonem Bauariæ Ducem, Hungarorum conspiratione fretum, Regniq; posses-

possessionem ad se transferre conantem, vicit, suoq; Ducatu priuauit, qui totam ætatem suam exul in Hungaria transegit. Cumq; XVIII. annis imperium tenuisset, Henrico filio annos V. nato Cæsare electo, & Aquisgrani coronato, ægritudine correptus, decessit, an. ætatis XXXIX. Salutis MLVI. III. Nonas Octobris. Sepultus Spiræ iuxta patrem suum in templo S. Mariæ à se construi cœpto, habetq; hanc inscriptionem.

Hic filius Henricus II. qui dictus est Niger, Romanorum Imperator, Anno dominicæ incarnationis MLVI. III. Non. Octob. obiit.

SIGNVM HENRICI II. IMP.



VXOR HENRICI NIGRI IMP.

CHVNEGVNDIM Regis Anglorum Cynitonis filiam, vxorem habuit Henricus, quam ob adulterij suspicionem repudiauit, & in cœnobiũ monialiũ adegit.

HAGNES Augusta, Guilhelmi Pictauiæ Principis, & Aquitaniæ Ducis filia, secunda Henrici vxor, fœmina longe prudentissima. Hæc peperit tres filias & duos (filios.

IVDITHAM.

MATHILDIM, vxorem Rudolphi Ducis Sueuorum, & Imperatorem.

ITAM, vxorem Leopoldi II. Marchionis Stiriæ.

HENRICVM III. Imperatorem: &

CONRADVM Bauariæ Ducem. Post mariti obitum, cum filio Henrico Imperium administrauit. Sed à Gubernatione reiecta, Romam se contulit, ac religiosissime vsq; ad obitum, XX. annos vixit.

IMP. CÆSAR HENRICVS III. SENIOR, *Pius, Felix, Augustus, Henrici II. Imperatoris filius.*

MONETA ARGENTEA HENRICI III. Imp.



Henricvs III. Henrici II. Imperatoris & Agnetis filius, puer pene, patre viuente, Rex creatus est. Post patris obitum sub tutela matris educatus, quæ prudenter Imperium filij quinquennium administrauit. Ea autem, suasu quorundam indigne ferentium à muliere Regem gubernari, ab Imperio amota fuit. Henricus adolescentiæ libertate vsus, Saxoniam incolere, venationi, luxuique operam dare, Principes alios contemnere, & licentius omnia agere cœpit. Vnde multis inuisus, omnium fere in se odia traxit, Saxoniæ ob rebellionem grauissima intulit bella. A Gregorio autem Pontifice anathemate eo notato, omnibusq; regnicolis à iuramento regi præstito, & ab obedientia eius absolutis, Rudolph⁹ Sueuorum Dux contra Henricũ Rex creatus est. Quod magnum in Imperio peperit dissidium: Nam exercitus vndiq; conscripti, pugnæ multę vndiq; commissæ sunt. Nouissime vero pugnatũ apud Martis Burgum, in quo conflictu Rudolphus dextera amissa periit. Post eam victoriam Henricus Italiam ingressus, vrbeque Roma per vim capta, Hildebrandum Papam cepit, eumque ab officio deiecit, qui nõ multo post in exilio mortu⁹ est, suf-

fecto in eius locum Rauennate Episcopo Clemente, à quo etiam coronatus est. Variis deinde iactatus fuit procellis, & à filio Imperio priuatus, Leodium profugit, ibiq; eodem anno è viuis excessit, cum regnasset annos L. Vixit annos LVI. Sepultus Spiræ iuxta patrem & auum, in templo S. Mariæ, habetque hoc Elogium.

Huius filius Henricus III. dictus Senior Romanorum Imperator, Anno Dominicæ incarnationis MCVII. VII. Idus Augusti, obiit Leodii.

Fuit Princeps facundus, liberalis, acer ingenio, bellicosus, & re bellica fortunatus, M. Marcello, & C. Iulio haud inferior, vtpote qui sexagies & bis acie collata pugnauit.

SIGNVM HENRICI III. Imperatoris.



VXORES HENRICI III. Imperatoris.

Bertha Augusta, Henriei III. vxor, filia Othonis Marchionis Italiæ, ex qua ei nati sunt

CVNRADVS Rex Italiæ, ante patrem mortuus.

HENRICVS IV. Imp.

ADELHAIS, alias Hagnes, vxor Friderici Sueuorum Ducis.

Luitperga,
&
Sophia.

Alteram vxorem habuit Henricus Othonis Marchionis viduam, Ruſcorum Regis filiam cum qua nuptias Coloniæ celebrauit.

CÆSAR RVDOLPHVS REX Romanorum.
AVREA MONETA RVDOLPHI Cæſaris.



Rudolphus Comes Reinfeldt poſt obitum Othonis Ducis Sueuiæ, Dux factus Sueuorum, quod Henrici ſororem, imperante Agnete vxorem duxerat, cum Ducatus ille vacaret. Dehinc cum aliquandiu ſub Henrico, cui omnia debebat, militaret, à Principibus contra Henricum Rex factus eſt, ſuffragante etiam Pontifice Romano, qui Principes Henrico contrarios, à fidelitate & periurio abſoluerat, illique coronam Imperialem miſerat, cum tali inſcriptione: Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho. Ac aduerſus Henricum exercitum ducens multis commiſſis pugnis, multis vtrinque cadentibus, dextram amiſit, ferturque in lecto decumbens, circumſtantibus Epiſcopis, truncum manus abſciſſæ intuitus, grauiter ſuſpirando dixiſſe: (Re-

(Recte mecum esse ingenue fateor:) Hæc enim est dextra, qua Domino meo Henrico fidem confirmaui. Ipsi vos nunc expendite, quam pie consulueritis mihi, vt ab eo deficerem: & nunc condignam periurio accipio mercedem. Ecce in quod me, sequentem vestra monita, collocastis solium! satius fuisset, fidem semel datam seruare integram ac illæsam: Atq; haud multo post animam efflauit, Anno natiuitatis Domini MLXXX. Sepultus in Mersburg: Anno Imperii tertio circiter mensium VI.

VXORES RVDOLPHI CÆSARIS.

MITHILDIS, filia Henrici II. Imp. vxor prima Rudolphi Regis Romanorum.

ADELHAIS Augusta, altera vxor Rudolphi Regis, ex qua ei nati sunt

BERTHOLDVS, OTHO, HAGNES, MITHILDIS, & BERTHA.

HERMANVS DESIGNATVS REX Romanorum.

Imperator appellatus in Germania contra Henricum III. à quibusdam Germanis Principibus, anno Domini MLXXX. Imperauit contra Henricum in Saxonia, annos VI. & menses aliquot. Sponte abdicauit, & paulo post occisus est, Anno Domini MLXXXVII. Sepultus Meti.

EGIBERTVS MARCHIO Thuringiæ.


Hic tyrannidem contra Imperatorem Henricum III. in Saxonia arripuit, anno Domini MLXXXV. Regnauit annos V. & menses aliquot. Occisus insidiis quorundam Ducum Henrici III. in Saxonia, Anno Domini MLXXXX.

CÆSAR

CÆSAR CONRADVS II. REX Romanorum.

ARGENTEA MONETA CONRADI Cæsaris.

442.




Filius Henrici III. Imp. Rex à patre appellatus, Anno Domini MLXXXIX. coronatus Aquisgrani ab Hermano Coloniense Archiepiscopo die Pentecostes, XVII. Cal. Junii, anno Dom. MLXXXIXIII. Regnauit in Italia annos plus minus IX. Obiit Florentiæ in Thuscia, anno Domini MCI. ibique sepultus.

IMP. CÆSAR HENRICVS IV. P. F. AVGVSTVS, Henrici III. Imp. filius.

AVREA MONETA HENRICI IV. Imp.

443.



Henricus IV. Henrici III. & Berthæ Marchionissæ filius, vir bellicosissim⁹ & audax, breui totũ Imperiũ sibi subiecit, ac iugũ omnib. imposuit. Patrẽ suũ opt. Principẽ bello insectatus est. Ab vniuersis regni Principibus in

in Regem Moguntiæ electus est. atque Romam profectus, vt coronam Imperialem acciperet, maximis in vrbe tumultibus motis, periisset, nisi sua ipsius manu vitam defendisset. Sedato autem tumultu, multisque Romanis trucidatis, Pontificem cepit, & extra vrbem abduxit. Et cum de coronatione & iure electiuo in creandis Pontifice, & Episcopis, cum eo ageret Henricus; consensit vltro Paschalis, vt hāc sibi prærogatiuam vsurparent Cæsares, ne quis vel Pontifex, vel Episcopus citra eorum suffragationem designaretur. Inde Romam reuersus à Paschali diadema Imperiale, cū aliis multis priuilegijs accepit, quæ tamen Papa paulo post reuocauit, & Imperatorem excommunicauit. Ad quem rumorem Imperator Romam reuersus, Pontificem fugauit, aliumque in eius locum suffecit, vnde multæ dissensiones, schismata, incendia, homicidia, deportationes, & tumultus in Germania sunt excitati. Firmata autem pace cum Principibus omnibus & Pontifice, in Traiecto inferiore morbo correptus, periit, Spiræque in maiorum sepulchrum illatus est, Anno Imperii xv. habentque omnes hi quatuor Imperatores hanc inscriptionem communem: eius vero inscriptio est hæc.

Filius hic Pater, hic auus, hic proauus iacet, Isthic filius eiusdem, Henricus IV. dictus Iunior, Romanorum Imper. Anno Dominicæ incarnationis MCXXV. XII. Calendas Iunij obiit.

Post mortem Henrici IV. Imperatoris fuit interregnum mensium III. & dierum XXIII.

SI-

SIGNVM HENRICI IV. IMP.




VXOR HENRICI IV.
Imperatoris.

MECHTILDIS Henrici Anglorum Regis filia, vxor Henrici IV. ex qua nullam suscepit prolem. Quæ vidua facta nupsit post Gaufredo Comiti Andegauensi, ex qua Henricum Ducem Normanniæ & Regem Angliæ genuit.

IMPERATOR CÆSAR LOTARIVS IVNIOR, Pius, Felix, Augustus, Geberhardi Comitis filius.

MONETA AVREA LOTARII
Iunioris Imp.



LOTARIVS Iunior, Saxoniæ Dux, Geberhardo Comite in Supplemburg, & Heidvviga Burggrauia Norimbergensi natus, post Henrici Imperatoris obitum, ab Electoribus Cæsar creatus est, vir industrius, & prudens, religiosus, diuitiis & victoriis potens, strenuus belli du-
ctor,

ctor, in armis & consilio prouidus, hostibus terribilis, iustitiæ tenax, & mirus amator. In initio Imperij motus contra se excitatos repressit: Nam Fridericus & Conradus Duces ex sorore Henrici Imperatoris nepotes, rebelles facti Regi, ad se iure imperium pertinere contendebant: Sed tandem per Diuum Bernhardum pacis conditionibus constitutis, Lotario reconciliati sunt. Inde in Italiam profectus ad compescendos motus contra Innocentem, alio Pontifice electo, coortos Romæ, vbi Pontificem in Galliis pene exulem reduxit, & sedi Barionæ restituit, & in Germaniam ad componendos tumultus mox profectus, breui in Pontificis gratiam Italiam repetijt, eumq;, pulso ex Italia Rogerio Pseudopontifice, qui Campaniam & Apuliam inuaserat, ita confirmauit, vt nihil inde Pontificis aduersarij mouere possent: tantaq; in Italia fecisse fertur, vt à Carolo Magno nullus ex Francorum Regibus ei conferri possit. Rediens vero per Tridentinam vallem, Veronæ morbo correptus, Anno XIII. Imperij mortem obijt. Corpus in Saxoniam delatum, in monasterio à se constructo sepultus est. Vixit annos . . . . Eo mortuo fuit interregnum mensium sex.

SIGNVM LOTARII CÆSARIS Augusti.



VXOR LOTARII IMP.

Richisa Augusta vxor Lotarii Imp. Henrici Pinguis Comitis in Northeim de Saxonia, & Gertrudis Marchionissæ Saxoniæ filia, ex qua, LOTARIVM filium &, GERTRVDIM filiam genuit, ac post mariti obitum, Henrico primo Austriæ Duci nupsit.

CÆSAR CONRADVS III. REX ROMANORVM, Friderici Ducis Sueuorum filius.

MONETA ARGENTEA CÆSARIS Conradi III.



Conradvs iii. filius Ducis Sueuiæ & Agnetis filiæ Henrici iv. ab Henrico v. Princeps Francorum factus, mortuo Lotario legitime Cæsar creatus est, contra Henricum Bauariæ & Saxoniæ Ducem, qui regnum summis affectabat viribus, quod gener esset Lotarij, & regalia insignia secum haberet, bella gessit, & conuentu Principum facto, Imperator proscripsit, & ducatibus suis priuauit. Ex consilio Diui Bernhardi cum multis Principibus, & maximo exercitu Hierosolymam est profectus, contra Sarracenos Christi hostes. Sed Bosphorum Thracicum immature à Græco Imperatore Manuele traiicere coactus, cum deesset commeatus, & qui à Græcis comportabatur, gypso & calce infectus esset, per summũ scelus plurimi milites interierunt. Quarto autem anno post expeditionem, primum reuersus in Germaniam in Lorchensi oppido apud Gemum inglorius mortuus, ibi sepultus est, anno xv. Imperij. Eo mortuo fuit interregnum dierum xvii.

SIGNVM

SIGNVM CONRADI CÆSARIS.



VXOR CONRADI CÆS.

GERTRVDIS Bauariæ Comitis de Sultzbach filia, vxor Conradi, ex qua duos suscepit filios HENRICVM, & FRIDERICVM Sueuiæ Ducem, qui in obsidione cuiusdam vrbis ex aëris infectione cum aliis Principibus mortuus est.

CÆSAR HENRICVS V. REX ROMANORVM.

AVREA MONETA HENRICI REGIS Romanorum.



A patre appellatus, & coronatus Aquisgrani ab Arnoldo, Coloniensi Archiepiscopo, qui obiit ante patrem, & Fridericus Dux Sueuiæ.

SIGNVM HENRICI REGIS Romanorum.



IMP. CÆSAR FRIDERICVS ÆNOBARBVS, P. F. Aug. Friderici Ducis Sueuiæ filius, Friderici de Stopen nepos.

NVMISMA AVREVM FRIDERICI Ænobarbi Imp.



Fridericus cognomento Barbarossa, Friderici Ducis Sueuorum filius, Princeps manu ingenioq; strenuus, armis exercitatus, memoria præstans, validus consilio, periculorum contemptor, affabilis & mansuetus, liberalitatis egregiæ, multarumque rerum peritia nemini secundus, statura procera, facie eleganti, capillo & barba rufa. Conrado Rege defuncto, ab vniuersis Germaniæ Principibus Rex Francofordiæ electus est. Initio imperij Bauariam & Austriam multo admirandoq; labore in concordiam redegit, Henrico Lotarij filio Bauariam restituit. Henricum cognatum suum Austriacum Comitem creauit, & vtriusq; Ducatus terminos discriminales posuit. Henrico autem in Italia à se deficienti, & nouas in Germania factiones concitanti, Ducatum abstulit, & Othoni Witelsbach donauit. Italiam ingressus, vt discordias tolleret, Derthonam, portas sibi claudere ausam, obsessam cepit, Romamq; ad Hadrianum Pontificem profectus IV. Imperii Anno, coronæ Imperialis signa accepit. Relicta autem vrbe multas per Italiam passus insidias, in Germaniam rediit, Ducem Poloniæ ad tributum soluendum coëgit, Ducemq; Bohemiæ

hemiæ regio Diademate insigniuit. In Italiam reuersus, Mediolanum vrbem, sępius rebellantem, sub iugum redactam, tandem funditus euertit, soloque æquauit, autoribus rebellionis securi percussis, bonisque eorum publicatis. Mox in Germaniam abiens, iterum Italiam maximis copiis inuasit, Anconam expugnauit, Alexandrum pontificem, qui cunctos Principes per Franciam, Angliam, & Hispaniam in se incitauerat, ex vrbe fugere compulit. Postquam vero iterum Germanos inuaserat, Italiam repetijt, cum Mediolanensibus, ad pristinam perfidiam redeuntibus, prælio congressus, multos ex suis amisit, ipse fuga elapsus, Papiam venit. Cæterum cum Alexander III. Venetias profugisset, & Otho Imperatoris filius nauali prælio victus, captus esset, pacis conditiones sancitæ sunt, Imperatorque & Pontifex amicissimi facti sunt. Pacata tota Italia, expeditionē Hierosolymitanam suscepit. In Cilicia multas potentissimas vrbes, Sarracenos, & Turcas prostrauit. Cum in Armenia ob æstum mitigandum sudorisque abluendi causa, amnem ingressus esset, in vndis strenuissimus heros periit, Imperij Anno XXXVII. Salutis MCXC. Cadauer Tyrum translatum, ibidem sepultum est. Vixit annos . . . .

SIGNVM FRIDERICI IMP.



VXORES FRIDERICI IMP.

ADILA Marchionis de Wogburg in Bauaria filia, vxor prima Friderici Barbarossæ cum qua, iudicio Constantiensis Ecclesiæ, ob sanguinis propinquitatem, diuortium facere coactus est.

BEATRIX Augusta, secunda vxor Friderici Imp.

Guilhelmi Comitis Bisuntini, aliâs Mascotten filia; cum amplissima dote eam accepit Fridericus, ex qua nati sunt.

Henricus V. Imperator.
Fridericus Dux Sueuiæ.
Otho Comes Burgundiæ.
Conradus Dux Sueuiæ.
Philippus Cæsar.
Sophia, vxor Marchionis Montis Ferrati.
Beatrix, Abbatissa in Quintelingeburg.

IMP. CÆSAR HENRICVS V. ÆNOBARBI Filius, Pius, Felix, Augustus.


MONETA AVREA HENRICI V. Imp.



HENRICVS V. Friderici Barbarossæ Imperatoris & Beatricis filius, patre viuente Romanorum Rex designatus, ac consensu Germanorum Principum Aquisgrani corona insignitus est. Facundus princeps & sapiens, mediocri statura, decora facie, corpore tenui, animo autem imperterrito & hostibus formidando. Diademate Imperiali Romæ insignitus, acceptaq; in vxorem Constantia Guilhelmi Siciliæ Regis filia, quæ in monasterium Panormi inclusa erat. Iussu Pontificis Apuliam ingressus, Tancreto Regi Siciliæ, Rogerij ex concu-

concubina filio, bellum intulit, Neapolim munitissimam vrbem frustra obsedit ob pestem in exercitu grassantem: Sed tamen paulo post paruo negotio Neapoli capta, totam Apuliam, Calabriam & Siciliam subegit. In Germania tumultus coortos facile compressit: Leodiensi enim Episcopo ferro confosso, rebellio quieuit. Insignes copias Hierosolymam contra Sarracenos misit, ipse cum vxore & filio Siciliam ingressus, cum venationi indulgeret, ac in quodam nemore, vbi erant frigidissimi fontes, calorem lenire volens, in terram noctu stratus, ex frigore cœpit ægrotare, Messanamque translatus, paulo post obijt, superstite filio vnico Friderico, quem Philippo fratri, cum Regni Siciliæ administratione ac insignibus Imperialib. commendauit, Anno Imperij sui VIII. Sepultus in Cathedrali Panormitana. Post eius mortem fuit interregnum mensium VI. dierum VIII.

SIGNVM HENRICI V.
Imperatoris.



CONSTANTIA Guilhelmi II. Regis Siciliæ & Apuliæ filia. Hæc, ne filium, Regni destructionem, vt in fatis erat, progigneret, in monasterium Diuæ Claræ Panormi detrusa est; sed à Cælestino Pontifice soluta, Imperatori pene anus desponsata est, eique filium Fridericum II. Imperatorem, in tentoriis palam in patris conspectu Panormi peperit ac dehinc filiam Mariam.




CÆSAR BERTHOLDVS DESIGNATVS
Rex Romanorum.

Ex Duce Zaringiæ Rex Romanorum appellatus Coloniæ, Anno natiuitatis Domini MCXCIX. Sed non iniit. In eius locum factus est

CÆSAR PHILIPPVS ÆNOBARBI F.
Rex Romanorum.

AVREA MONETA PHILIPPI
Cæsaris.



PHILIPPVS, Sueuiæ Dux, Friderici Barbarossæ filius, Henrici Regis frater, Princeps mansuetus, mitis, facundus, & liberalis, insignia Imperialia habens, à quibusdam Principibus in Mülhausen in Regem Romanorum electus est. Pars autē Electorum Othonem Ducem Saxoniæ elegit, idq; Innocentio III. approbante. Vnde maximæ discordiæ ortæ sunt, & ab illis ad arma ventū. Stabat pro Othone Anglus Rex: Philippo Gallorum Rex fauebat. Philippus Alsatiam populatus, vrbes & oppida euertit funditus, Argentoratum cepit, & Episcopum ad deditionem coëgit, ac ad Rhenum progressus, vbi æstuabant bella, cum Othone congressus, eum fudit & fugauit, omnesque vrbes Rheni partim armis, partim promissionibus subegit. Tandem vbi Principes assiduis

assiduis attriti bellis, languerent, nullusque rebellaret, Pontificem solum repugnantem per nuptias filiam suam nepoti Pontificis ex fratre, in matrimoniũ collocans reconciliauit, Othoni etiam filia sua Beatrice in vxorem tradita. Porro sancita vndiq; pace, cum Philippus Bambergę ageret, & quodam die venam incidisset, nihil mali suspicans, solus in conclaui paucos secum habens, ab Othone de Witelsbach qui tanquam amicus Cæsaris cubiculum ingressus, nemine id prohibente, interfectus est, ac Bambergæ sepultus fuit, sed postea à Friderico II. humatum corpus, Spiram translatum est, & cum Maioribus suis sepultum in Ecclesia S. Mariæ, Anno imperij sui IX. Nec multo post parricida Otho trucidatus est.

VXOR PHILIPPI Cæsaris.

MARIA Eirenes Augusta, Alexij Imperatoris Constantinopolitani soror, Isaacij Imp. filia, Philippi Cæsaris vxor, ex qua nullus filius, sed filiæ natæ sunt

- CHVNEGVNDIS, vxor filij Regis Bohemiæ.
- ETHISA vxor filij Ducis Brabantiæ.
- . . . . filio fratris Pontificis desponsata.
- Beatrix, Augusta vxor Othonis IV. Imperatoris.



IMP.


IMP. CÆSAR OTHO IV. P. F. AVG. HENRICI Iunioris Superbi Saxoniæ & Bauariæ Ducis filius.

AVREA MONETA OTHONIS IV. Imperatoris.



Otho IV. filius Henrici Junioris Superbi, Ducis Bauariæ & Saxoniæ, Philippo mortuo facile imperium adeptus est, qui antea quoq; in odiũ Philippi Cæsar creatus fuerat. Hic magno ex Alemaniæ oppidis coacto exercitu, Romam ad suscipiendam coronam Imperialem profectus est, qua suscepta Romæ iniuriis affectus, quædam oppida Pontificiæ ditionis occupauit, & vndiq; terras latrociniis infestauit. Proinde anathemate à Pontifice notatus etiam cum præsens adhuc in Italia esset, Principibus sacramenti religione, qua illi obligati erant, absolutis, imperii titulis priuatus, Friderico II. Siciliæ Rege, adnitente etiam Pontifice, in huius locum creato. Quo nuntio accepto, Otho, qui tum Thuringiæ Landegrauium tanquam rebellem frustra persequebatur, Friderico occurrere statuit: Verum destitutus omni suorum præsidio, in Saxoniam profugere coactus est, atq; reparato exercitu, & Angliæ Regis ope adiutus, in inferiorem Germaniam contra Gallorum Regem contendit, à quo victus est, ac postea mœrore confectus, ab excõmunicatione prius absolutus, diem clausit vltimum, annis IV. rerum potitus, V. Cal. Maij, an. Natiu. Domini MCCXVIII.

SIGNVM OTHONIS IV. IMP.



VXORES IV. OTHONIS
Imperatoris.

MARIAM filiam Ducis Brabantiæ vxorem primam Otho habuit, quam ob conſanguinitatem repudiauit.

BEATRICEM filiam Philippi Cæſaris ex Irene, ideo in vxorem duxit Otho, vt hæreditario quaſi iure Imperium poſſideret, quæ ſine liberis deceſſit.

IMP. CÆSAR FRIDERICVS II. ROGERIVS, P. F. Aug. Henrici Imp. V. & Friderici Æno-barbi Aug. nepos.

ARGENTEA MONETA FRIDERICI
Imperatoris.



FRIDERICVS II. Henrici V. Imperatoris & Conſtantiæ Reginæ Monialis filius, vtriuſque Siciliæ & Hieroſolymæ Rex, Sueuiæ Dux, Princeps ſtrenuus, fortis, magnificus, liberalis, multarum linguarum peritus, ac ſimul eruditus, Latinam, Græcam, Sarracenicam

& Germanicam linguam exactè calluit. Ptolomæi Almagestum ex Sarracenico idiomate in Latinam linguam transferri curauit. Deiecto Othone, Cæsar est electus. Coronam Imperij cum Augusti nomine Romæ ab Honorio III. accepit, multa prædia cum donis plurimis Ecclesiæ conferens, vt Pontificis sibi fauorem conciliaret. Ignominiam autem à Beronensibus sibi in itinere illatam vlturus, vrbem eorum igne iniecto vastauit, studiumque illinc generale in Patauium transtulit. Deinde in Sicilia, Calabria, Apulia rebelles subiugauit, & ditioni suæ adiecit. Sarracenos deuicit & expulit. Filium suum Henricum, Principum consilio Rom. Regem creatum, Diademate insigniri curauit. A Pontifice Gregorio IX. inique, quod votum Hierosolymitanæ peregrinationis non soluisset, anathemate percussus est. Vt autem Pontificem deliniret, & votum exsolueret, expeditionem iam diu cogitatam maturauit, traiectoq; mari in Cyprum, dehinc Accon peruenit, & negotium ita perfecit, vt à Sultano non solum Hierosolymam, sed multas alias vrbes in vicinia sitas receperit, ac Hierosolymis coronatus fuerit, Anno salutis MCCXXIX. Hierosolymam & Joppen vrbes munitionibus aduersus vim hostium firmari curauit, pacisque fœdera cum Sultano ad decennij spatium sanciuit, Pontifice interim Apuliam ingenti exercitu inuadente, & sub ditionem suam redigente. Necessitate igitur compulsus Imperator ingentibus copiis in Siciliam rediit, & hæreditarium Regnum ex periculi metu eripuit, ac postea adnitentibus Principibus ab anathemate absolutus, cum Pontifice in gratiam rediit. Dehinc in Germaniam abiit, contra Hungaros bellum gessit, & vrbem Viennam cepit, vtq; Imperialis ciuitas esset, literis confirmauit. Filium suum Conradum Viennæ Cæsarem elegit. Inde in Italiam reuersus, Mediolanenses aliasque vrbes, quæ defecerant irritante Pontifice, grauissima clade affecit. Ob id tertio


tio à Papa excommunicatus est. Iterum tamen supplex absolutionem à Pontifice petiit, qua non impetrata, vt se tueretur, necessitas eum impulit. Non caruit factione Gibellinorum in Italia potentissima, quæ ipsi adhærebat, altera Guelphorum, partes Papæ sequente, Romamque obsedit, sed re infecta Rauennam cepit, Parmamque obsidione cinxit, quam funditus delere & eo loco castrorum vrbem nouam Victoriam condere statuit: & res primo prospere cessit, sed eruptione ciuium facta, ciuitas noua Victoria capta & direpta est, creato Innocentio Pontifice. Lugduni concilium celebratum est, ad quod Fridericus non veniens, anathemate notatus, Imperiali dignitate priuatus est, Henrico Landgrauio Thuringiæ suffecto. Cum autem in Apuliam rediisset, & ex accepto veneno grauiter, ac medicorum diligentissima cura, & opera ex longa ægritudine conualuisset, Manfredi filij Nothi dolo necatus est, cum XXXII. annos rebus præfuisset. Cadauer in Siciliam translatum in Ecclesia Archiepiscopali Montis Regalis sepultum est, habetq; hoc elogium:

IMPERATOR CÆSAR
FRIDERICVS II. AV-
GVSTVS.

Si probitas, sensus, virtutum gratia, census,
Nobilitas, orti possent resistere morti,
Non foret extinctus Fridericus, qui iacet intus.

Vixit annos LVII. & aliquot menses.

SIGNVM FRIDERICI II. Imperatoris.



VXORES FRIDERICI II. Imperatoris.

CONSTANTIA Augusta, Regina Arragoniæ & Castellæ, Ferdinandi filia, Friderici II. prima vxor, ex qua nati sunt

Henricus Romanorum Cæsar, & Dux Sueuiæ, & Jordanus, qui puer obijt.

JOLA Augusta, Joannis Comitis Hierosolymitani filia, quam pater Friderico in Europam cum cæteris Christianis Principibus reuersus, in matrimonium despondit. Quæ FRIDERICO CONRADVM Rom. Regem, & Nobilissimum Cæsarem peperit, qui matri, quæ paulo post mortua, superstes fuit.

HAGNES Augusta, filia Othonis Morauiæ Ducis, tertia Friderici vxor, quæ repudiata, Vdalrico Duci Carinthiæ nupsit.

RVTHINA Augusta, filia Othonis Comitis de Wolferstshausen in Bauaria. Hac mortua Fridericus duxit vxorem quintam,

ISABELLAM Augustam, Ludouici Ducis Bauariæ, qui in Kelheim oppido cæsus est, filiam, ex qua nati sunt

HENRICVS Junior Rex Siciliæ vltra Farum, qui infans obijt, & sepultus Panhormi.

MECHTILDIM Augustam, Joannis Regis Angliæ filiam, Fridericus Pontificis dispensatione, quandoquidem affinitatis gradus alioqui obstabat, sextam vxorem accepit, ex qua natæ sunt

HA-

HAGNES.
CONSTANTIA, &
BLANCA.

CONCVBINÆ FRIDERICI II. Imperatoris.

. . . . Concubina ex qua natus est filius
ENCIVS Rex Siciliæ.
. . . . Filia Marchlandiæ, secunda concubina Friderici Imp. ex qua ei natus est
MANFREDVS Rex Siciliæ.
. . . . Concubina tertia Friderici II. Imp. ex qua natus est
FRIDERICVS Princeps Antiochenus.

CÆSAR HENRICVS VI. REX Romanorum.


AVREA MONETA HENRICI VI. Cæsaris Augusti.



Henricus VI. filius Friderici II. Imperatoris ex Constantia vxore, patre viuente puer pene decennis, consensu Principum, Rom. Rex electus est, & Aquisgrani coronatus. Qui cum parum adoleuisset, Austriæ Ducis filiam in matrimonium accepit. Sed cum Pontificis diris pater Fridericus peteretur, à Pontifice corruptus, ad-

uersus patrem cum Longobardis conspirauit, & exercitum in Bauariam contra Othonem, patre inuito, duxit. Ob id à patre in Apuliam vocatus, custodiæ datus, in vinculis maceratus, mortuus est miserabiliter, cum VIII. annos regno præfuisset, quem pater dehinc flebiliter luxit, relictis duobus filiis gemellis, qui à Manfredo Friderici filio, ne Siciliæ regnum sibi auferrent, veneno necati sunt. FRIDERICVS vero vixit annos XXII.

SIGNVM HENRICI II. CÆSARIS
Friderici Imp.




VXOR HENRICI II. CÆSARIS.

MARGARETA Leopoldi Austriæ Ducis filia, Henrici VI. Imperatoris vxor, ex qua gemellos procreauit,

Fridericum Ducem Austriæ,
&
Henricum. Hæc post mariti obitum Ottocao filio regis Bohemiæ nupsit, quam cum nullam ex ea sobolem susciperet, repudiauit, ac dehinc veneno necauit.

CÆSAR CONRADVS IV. REX ROMANORVM,
Friderici II. Imp. F.

AVREA MONETA CONRADI IV,
Regis Romanorum.



CONRADVS IIII. Friderici II. Imperatoris filius, ex Iola Regina Hierosolymitana, Dux Sueuiæ, patre viuente in Romanum Regem designatus est. Princeps clementissimus, & morum elegantia & facilitate insignis. Ab Henrico Landgrauio Thuringiæ Francofordia fugatus, in Bauariam concessit, ac Ratisbonæ in insidias lapsus, vix euasit. Audita vero patris morte in Siciliam est profectus, ac Apulia tota recepta, Neapoli euersa, Capua quoq; expugnata, & solo æquata, annis II. post patris obitum Imperio potitus est & à Manfredo fratre spurio, qui principatum Apuliæ vi inuaserat, veneno extinctus, atque honorifice Neapoli sepultus, Anno Salutis MCCCLIV. superstite filio egregiæ formæ Conradino, qui cum matre paruulus in Bauaria degēs, cum adoleuisset, in Italiam accersitus est ab illis, qui contra Guelphos assiduum bellum gerebant, ac à plerisque ciuitatibus benigne exceptus, Romam ingressus est, indeq; contra Carolum Gallorum Regis fratrem à Pontifice incitatum, quique Manfredum debellauerat, profectus, apud Beneuentum victus, & deinde per insidias cum Fri-

derico Austriæ Duce captus, ac sordidius, quam decebat tractatus, contumeliisque affectus, ac postea Pontificis consilio cum Duce Austriæ, securi percussus est, Anno Domini MCCCLIV. XI. Cal. Junij.

SIGNVM CONRADI REGIS Romanorum.



VXOR CONRADI REGIS ROM.

Elizabetha Augusta, Othonis Ducis Bauariæ filia, Conradi Regis vxor, ex qua ei natus est

CONRADVS Rex vtriusque Siciliæ, occisus à Carolo Rege. Post obitum Conradi Regis Romanorum, nupsit Elizabeth Meinhardo Comiti Guritiæ.

CÆSAR HENRICVS VII. RASPEN. REX Romanorum, Hermani filius, Ludouici nepos.

MONETA AVREA HENRICI VII. Rom. Regis.

454





HENRICVS Thuringiæ & Hassiæ Landgrauius, frater,

ter Ludouici Landgrauij, mariti S. Elizabethę in odium Friderici II. instinctu Pontificis ab Electoribus Rex declaratus est. Conradum, Friderici filium, Francofurtum ad comitia indicta cum exercitu armato, vt interciperet conuentum, venientem fudit, fugauitque. Vlmam, quæ Conradi sequebatur partes, obsedit. Sed ob defectum commeatus, & ingens frigus, cum obsidionem solueret, tormento bellico ictus, eodem anno, quo Rex electus est, periit: licet alij affirment dysenteria in Thuringia eum periisse. Sepultus est in oppido Isennaco, Anno Domini MCCXLVI.

SIGNVM HENRICI REGIS Romanorum.



VXOR HENRICI VII. REGIS Romanorum.

ELIZABETHA, Henrici VII. Cæsaris vxor, filia Ducis Brunsuicensis, aliâs Ducissa Stetinensis, sterilis, ac cum marito in Isenaco, oppido Thuringiæ sepulta.

CÆSAR GVILHELMVS REX ROMANORVM, Florentij filius.


455.





Guilhelmus filius Florentij IV. eius nominis, & Mechtildis, filiæ Henrici Ducis Brabantiæ, amitæ Diuæ Elizabethæ, iuuenis imberbis, vix xx. annos natus, defuncto Henrico contra Fridericum & Conradum filium ab Electoribus Rex electus est. Princeps ad arma natus, qui Hollandiam, Zelandiam & Frisiam paternas prouincias feliciter administrauit. Aquisgrani in præsentia Electorum & Antistitum coronatus est, ac tam feliciter Imperium administrauit, vt summa pax eo regnante in vniuersa Germania esset. Contra Flandrenses multa præclara gessit. Frisiam debellauit, & subegit, & cum victor terra egressus esset, delatus in glaciem, cecidit, ac à quibusdam fugitiuis secus viam in arundineto latitantibus, cuspidibus transfixus est, cum IX. fere annos imperasset, An. Domini MCCLV. Vixit annos XXIX. Sepultus Midelburgi à Florentino filio. Quo mortuo, fuit interregnum annorum duorum, mensium quinq;.

SIGNVM GVILHELMI REGIS
Romanorum.



VXOR GVILHELMI CÆSARIS.

Elisabetha Augusta, F. Othonis Ducis Brunsuicensis, & Lüneburgensis, Guilhelmi Cæsaris vxor, ex qua ei nati sunt

FLORENTINVS V.

&

Beatrix, vxor Ferdinandi III. Regis Hispaniæ.

CÆSAR

CÆSAR RICHARDVS, REX Romanorum, Joannis Regis Anglorum filius.

456





RICHARDVS Cornubiæ Comes, Joannis Regis Anglorum & Elizabethæ fil. Principibus inter se de eligendo Rege variantibus, qui ingenti pecuniarum aceruo Imperium emisse dicebatur, à quibusdam Principibus electus est: Alphonso quoq; ab aliis creato. Et in die Ascensionis Domini, Aquisgranum ex Anglia perductus, in solium collocatus, inunctus & coronatus est, insigniaque regalia à Philippo de Falchenstain accepit, vnde insolentior factus Richardus, plerasq; Regni vrbes, deiecta pace, quæ sub Guilhelmo Rege facta fuerat, in suam ditionem coëgit. Prouincias Episcopi Treuirensis, cum eum flectere non posset, igne & ferro vastauit, Poppardiam obsedit, & expugnauit, pace ciuibus promissa, aliasque rebelleis ciuitates coërcuit. Cumque in Angliam esset reuersus, & Londinum incautius obsedisset, mense Junio captus est, ac liberatus iterum, in obsidione alterius ciuitatis occisus est, Anno Imperij VI. Anno Natiuitatis Domini MCCLXIII.

VXOR

VXOR RICHARDI ROMANORVM REGIS.

SANCIA, alias Saucia Augusta, Raimundi Comitis Prouinciæ filia, Richardi Cæsaris vxor, ex qua duos genuit filios

Henricum & Edmundum Comites Cornubiæ in Anglia.

CÆSAR ALPHONSVS REX ROMANORVM, Ferdinandi III. Regis Hispaniarum filius.

AVREA MONETA ALPHONSI Cæsaris.





Alphonsus x. Castellæ & Legionis Rex, Ferdinandi III & Beatricis filius, Princeps excelsi, & magni ingenii, ad grandia natus. Astrologici studij & scientiæ peritissimus, cuius nomine adhuc tabulæ Astrologicæ, studiosis admodum gratæ, circumferuntur, condendis legibus deditissimus, liberalis & munificus. Ab Electoribus absens, Rex Romanorum eodem anno, quo Richardus, electus est. Cum autem vndique in Germania & Italia ęstuare bella videret, persuasus à Pontifice, moderationē Imperij spōte abdicauit, ac in Hispaniā abiēs, Hispalim venit, ibique ex animi mœrore propter mortem primogeniti filij contabescens, flebiliter decessit.

Regna-

Regnauit annos XI. & menses VI. diesque XII. Hispali vero sepultus.

VXOR ALPHONSI ROMANO-rum Regis.

VIOLANTAM Iacobi Regis Arragonum filiam Alphonsus vxorem habuit, quam plurimum dilexit. Sed cum nullam ex ea prolem susciperet, repudiare eam cogitans, Christianam puellam, forma conspicuam, Daciæ regis filiam in matrimonium per oratores postulauit. Quæ cum adduceretur, præter omnium spem, repente regina Violanta adparuit, ac filiam Berenguelam, dehinc Ferdinandum, Sanctium, Ioannem, Iacobum, Petrum, Leonoram & Beatricem peperit.

IMP. CÆSAR RVDOLPHVS, PIVS, FELIX, AVG.

Alberti Comitis Habspurgij Fil. Alberti Diuitis nepos, Vernheri pronepos, Othonis abnepos, Rex Germaniæ, Dux Sueuiæ, Stiriæ, &c. Comes Habspurgi, Kyburgi, &c. Landgrauius Alsatiæ.

AVREA MONETA RVDOLPHI
Romanorum Imp.



RVDOLPHVS Comes de Habspurg, Princeps non minus manu strenuus, quam ingenio sagax, ac prudens, famaq; conspicuus vnanimi consensu Electorum Principum,

cipum, Francofordiæ, in Romanorum Regem electus, & per Burggrauium ex obsidione Basiliensi Aquisgranũ ductus, solitis cæremoniis coronatus est. Ante electionem multa præclara gessit, ac sub Imperatore Friderico II. tam strenue res ipsi commissas perfecit, vt ei tota nobilitas Cæsaris, cum ipsum adiret, assurgeret, Brysgoiam, Ergayam, Turgayam, magnamq; partem Sabaudiæ, minorisq; Burgundiæ subiugauit. In Alsatia seditiosas vrbes, quæ conspirauerant in eum, vi cepit, & dignas de illis pœnas sumpsit. Ottacarum Bohemiæ Regem contumacem prælio vicit, atque occidit. Totam Austriam sub suam ditionem redegit, ac in ea Albertum filium suum Ducem creauit, à quo Austriaci Principes originem trahunt. Bohemiam potenti manu ingressus, omnia igne & ferro deuastauit. Wenceslao Ottacari filio Bohemiæ Regnum restituit, eique filiam Gutham miræ pulchritudinis in matrimonium dedit, filioq; suo Rudolpho, Sueciæ Duci, Agnetam Ottacari filiam despondit. Talibus nuptiis pace firmata, in Heluetios, qui Comiti Sabaudiæ subdebantur mouit, quos nullo negotio subegit. Pseudo Fridericum, qui se pro Friderico Juniore Sueuis ostentauerat, multasque vrbes ad se pellexerat, captum Nouesij combussit. Comitem Wirtenbergensem Eberhardum inuasit, Studgardium obsedit, tandem causa per Episcopũ Moguntinensem transacta est. A Bononiensibus, Florentinis, Genuensibus, Lucensibusque, licet in grauem Rom. Imperij iacturam, grandem congessit pecuniam. Auaritiæ itaq; notatus studio à plerisque reprehensus est, & in cæteris laudatissimus. Senio confectus, vires corporis sui imminui sentiens, Principibus Imperij Francofordiæ conuocatis, filium suum Albertum Regem designari voluit: Illis autem recusantibus, Argentinam concessit, inde Erfordiam, vbi lethaliter ægrotare cœpit. Festinabundus igitur Spiram tanquam ad sepulchrum maturauit. Sed ante-

antequam vrbem attingeret, in Germershaim diem suum obiit, Spiræque honestissime regio funere, Imperialibusque cæremoniis sepultus, habetque hanc inscriptionem:

Anno Domini MCCLXXXXI.
Pridie Calendas Octobris obiit
Rudolphus Romanorum Rex.

Vixit annos LXXIII. menses V. Imperauit XVIII. Quo mortuo fuit interregnum mensium III. & dierum VII.

VXORES RVDOLPHI Imperatoris.

ANNA Augusta Sueua, filia Alberti Comitis de Hohenberg, Rudolphi Cæsaris vxor prima, ex qua nati sunt.

RVDOLPHVS Dux Sueuiæ, obijt ante patrem, sepultus Spiræ.

359.








HERMANVS obijt ante patrem.
FRIDERICVS.
RVDOLPHVS II.
ALBERTVS Dux Auſtriæ & Imp.
HERMANNVS.
CAROLVS.
EVPHEMIA, monialis in monaſterio Tulna.

GVTHA, vxor Wenceslai Regis Bohemiæ, Othacari filij, ex qua genuit Wenceslaum iuniorem, & Regem Bohemiæ, & Iuditham quæ paulo poſt matris mortem, obijt, & Pragæ ſepulta fuit.



MITHILDIS, vxor Ludouici ſenioris Ducis Bauariæ, mater Ludouici v. Imp.

HAGNES, vxor Alberti Ducis Saxoniæ, ſepulta Witembergæ, in monaſterio Diui Franciſci.

CATHA-

Catharina Regina Hungariæ, vxor Othonis Regis, & Bauariæ Ducis.



Hedvvigis, vxor Othoni, Marchionis Brandeburgensis.

Clementia, vxor Caroli Martelli, Regis vtriusq; Siciliæ & Hungariæ.



SECVNDA VXOR RVDOLPHI Imperatoris.

Agnetam iuuenculam filiam Ducis Burgundiæ, & neptem Regis Franciæ, in senectute in vxorem recepit Rudolphus Imper. quæ cum nullam ex eo suscepisset prolem, post mortem eius in Burgundiam redijt.

CÆSAR ADOLPHVS REX ROMANORVM,
Comes Nassouensis.

AVREA MONETA ADOLPHI REGIS
Romanorum.



Adolphvs Comes de Nassau vnanimi Principum consensu, sed miro astu Francofordiæ Cæsar electus, Aquisgrani coronatus est. In Columbarienses, in odium Alberti Austriæ Ducis, qui filiam suam filio Adolpho vxorem dare recusauerat, exercitum duxit, Albertumque Ducatu eiicere voluit. Dehinc Alsatiæ vrbes auxilio Coloniensis præsulis, sibi rebelles compescuit. Et vt generis sui nobilitatem illustriorem redderet, in Thuringiam & Misniam profectus, eos magna clade affecit. Marchionem Misniæ in deditionem recepit, pacemq; petere coëgit. Contra Regem etiam Franciæ, propter regnum Arelatense, bellum molitus est. Cum autem ob varias & multas in Imperio perturbationes compescendas, potentiori quodam capite in Germania opus esset, Electores Principes, Adolphi sordes & ambitionem pertæsi, conuentum habentes eo reiecto, Albertum Austriæ Ducem Regē elegerunt. Adolphus vero vi Imperiū retinere volens, auxilio fretus Othonis Bauariæ Ducis, Rudolphi Comitis Palatini, & quarundam Imperialium ciuitatum, armatis copiis imprudenter Alberto occurrit, & prope Wormatiam, prælio commisso, infe-

infestis armis, sex horis pugnatum est. In quo conflictu, captis multis nobilibus, multisq; calore suffocatis, Adolphus ipse ab Alberto cæsus est, annis VIII rerum potitus, Anno Domini MCCXCIX. Sepultus primo in monasterio Frauenfelt, paulo post Spiram translatus fuit, habetq; hoc elogium:

Anno Milleno trecenteno minus vno
In Iulii mense, Adolphus ruit in ense
Per manus Austrâli processi Marchinā.

VXOR ADOLPHI CÆSARIS.

IMAGINA nobilissimi viri & Comitis de Lymburg filia, Adolphi Cæsaris vxor, ex qua suscepit tres filios:

ADOLPHVM primogenitum Comitem de Nassau, & duos alios filios, filiamq;.

MECHTILDIM, quam copulauit Rudolpho Rheni Palatino.


IMP. CÆSAR ALBERTVS, P. F. AVGVST. REX Germaniæ, Dux Austriæ, Sueuiæ, Carinthiæ, Stiriæ, Carniolæ, Marchio Burgouiæ, Comes Habspurgi. Tyrolis, Guritiæ, &c. Landgrauius Alsatiæ.



Albertus Rudolphi Cæsaris & Annæ Comitissæ in Hohen-

Hohenberg filius post occisum Adolphum, iterũ Francofordiæ ab Imperij Electoribus Cæsar electus est, Bonifacij Pontificis assensu, cum id obseruantissime antea negasset, & Aquisgrani coronatus. Princeps prudentia, sagacitate & clementia nulli secundus, in benemeritos munificus, patiens erga inimicos, non præceps in vindictam, iniurias obliuioni facile tradens. Filio suo Rudolpho Austriæ Ducatum administrandum commisit, eique Blancam Philippi Francorum Regis sororem, in vxorem dedit. Aduersus Episcopum Salisburgensem, ratione fabricarum salis, bellum gessit. Moguntiam hostilia fœdera contra se ineuntem ita domuit, vt Imperio pareret. In Bohemiam expeditionem adornans, contra Ducem Carinthiæ, qui se Regem Bohemiæ gerebat, miseranda morte, à fratris filio Joanne & Comitibus quibusdam Austriæ trucidatus est, cum annos x. regnasset. Sed & parricidæ omnes dignis affecti sunt suppliciis. Albertus vero sepultus Spiræ, iuxta patrem suum Rudolphum. Eo mortuo fuit interregnum mensium vi. dierum xxv.

VXOR ALBERTI IMP.



Elizabetha Augusta Alberti Imperatoris vxor, Meinhardi Ducis Carinthiæ & Comitis Tyrolis filia, fœmina illustrissima, magni & acuti ingenii, quæ salis mine-

mineram & vſum faciendi, inuenit in Hallis prope Gmunden in ſuperiori Auſtria, omnibuſque monaſteriis de ſale in Auſtria prouidit. Monaſterium in loco occiſionis Regis mariti ſui extruxit, ipſaq; mortua poſt aliquot annos, in ſua fundatione Konigsfelt ſepulta eſt, ex qua nati ſunt.



Rudolphus Mitis Rex Bohemiæ, qui cum regnaſſet annum vnum, veneno extinctus eſt; alij dicunt quod morbo dyſenteriæ obierit, Anno Dom. MCCCVII. III. Idus Iulii. Sepultus Pragæ, in Cathedrali Eccleſia S. Viti. Habuit vxorem Eliſabetham viduam Wenceslai Regis ſenioris, ex qua filias ſuſcepit. Fuit marito ſuperſtes.



HENRICVS Comis, qui & Placidus cognominatus, filius Alberti Imp. Vxor illius fuit Eliſabetha, Comitiſſa de Kiburg.





OTHO Venuſtus, filius Alberti Imp. Vxores illius fuerunt, Eliſabetha de Bauaria, & Anna filia Regis Wenceslai Bohemiæ.





LEOPOLDVS Equitum Gloria, filius Alberti Imp. Vxorem habuit Catharinam de Sabaudia, ex qua natæ ſunt filiæ duæ,

ANNA,

&

ELISABETHA.

FRIDERICVS Pulcher Cæſar, Alberti Imp. F. vide inferius.

ALBER-



Albertvs Sapiens, Dux Auſtriæ, Carinthiæ, Stiriæ, Carniolæ, Sueuiæ, &c. Comes Habspurgi, Phireti, Kyburgi, &c. filius Alberti Auguſti. Vxor illius fuit Joanna, Vlrici Comitis Phyretarum filia, ex qua ſuſcepit Rudolphum Ingenioſum, primum Archiducem Auſtriæ, Albertum, & Leopoldum, cognomento Militiæ decus.



Hagnes, vxor Andreæ III. Regis Hungariæ, Dalmatiæ, Crouatiæ & Sclauoniæ, &c. filia Alberti Imperatoris, & Eliſabethæ.

Elisabeth, Alberti Imp. & Eliſabethæ filia, vxor Theobaldi Ducis Lotharingiæ, mater Ducis Rudolphi.

Anna Alberti Auguſti ex Eliſabetha filia, vxor Her-

Hermanni Marchionis Brandeburgensis: post vxor Ducis Poloniæ.



Catharina filia Alberti Imp. vxor prima Caroli Ducis Calabriæ, deinde Henrici VII. Imperatoris.

Gvtha vxor Comitis Ludouici de Ottingen, filia Alberti Imp. & Elisabethæ.

Habuitq; Albertus Imp. ex Elisabetha vxore, alios decem filios, qui infantes mortui sunt.

IMP. CÆSAR HENRICVS VII. P. F. AVG. Rex Germaniæ, Comes Luceburgensis.

AVREA MONETA HENRICI VII. Imperatoris.



Henricvs VII. Comes Lüzelburgensis, Henrici Comi-

Comitis, & Beatricis Comitissæ Hannoniæ filius, paternis opibus haud potens, sed iustitia prudentiaque, tum rerum gestarum gloria, singularique integritate illustrior, armis strenuus, & religione præcipuus, Alberto occiso, Francofordiæ Rex Romanorum à Principibus Germaniæ electus est, electum statim confirmauit Pontifex. Ac primum Comitem Wirtembergensem omnibus fortunis, quod rebellis erat Imperio, spoliauit. Joanni filio suo Regis Bohemici filiam Elisabetham vxorem dedit. Adolphum & Albertum in loco occisionis sepultos, effodi, Spiramque deferri, & regia pompa sepeliri curauit. Postea cum ingentibus copiis per Turrinos saltus in Italiam descendit, ac tantam formidinem Italiæ incussit, quantã multo tempore antea Imperator nullus alius. Mediolani Turrianam factionem detectis insidijs oppressit. Vicecomiti summa rerum demandata, vrbes quasdam, Cremonam videlicet, & Brixam, sese dedere nolentes, vi cepit, reliquas vltro parentes recepit. Inde Romam profectus, coronam imperij accepit, ac ab Vrsinis breui expulsus, adiuuante etiam Roberto Rege in Hetruriam regredi statuit, Aretijque agens Robertum hostem Imperij, ac læsæ maiestatis reum denuntiauit, ac tanquam rebellem Campano, & Apulo regno priuauit. Cumque Florentinos grauissima obsidione premeret, monachus quidam prædicatorij ordinis, à Florentinis subornatus, Henricum veneno, quod Eucharistiæ illitum dederat ei, perdidit, in Thuscia apud Beneuentum Senensis agri oppidum IX. Calend. Septembris, Anno Domini MCCCXIII. Cadauer Pisas translatum, ibidem in Cathedrali sepultum est, habetque hanc inscriptionem.

Hoc

Hoc in Sarcophago, Henrici olim Lucenburgensis Comitis, & post septimi huius nominis Romanorum Imperatoris, ossa continentur, quæ secundo post eius fatum anno, videlicet MCCCXV. die vero Calendarum Sextilis, Pisas translata, summo cum honore ac funere hoc in fano ad hunc vsque diem collocata permansere.

Imperauit vero Henricus annos v. & aliquot dies. Alij scribunt annum I. mensem I. & dies XXIV. Vixit annos LI. mensem I. dies VII. Eo mortuo fuit interregnum an. I. mens. I. dierum XXIV.

VXORES HENRICI IMP.

CATHARINA Austriaca, Alberti Imp. filia, prima vxor Henrici VII. Imp. quæ sine liberis decessit.



MARGARITA Ducis Brabantiæ filia, Henrici VII. Imp.

Imp. vxor ſecunda, nobiliſſima matrona, reiq; diuinæ apprime ſtudioſa, Sacerdotes liberalitate & munificentia fouit, egenos & mendicos datis alimentis ſuſtentauit, tamq; ſe humilem ſubmiſit, vt cum Mediolani eſſet, die quo cæna noſtri Saluatoris celebratur, ipſa pauperibus pedes manu ſua lauaret, veſtimentaque liberaliter diſtribueret. Virum Romam ſecuta eſt: Sed Genuam veniens mortua & in æde fratrum minorum ſepulta eſt. Ex marito ſuſcepit Joannem Bohemiæ Regem, & tres filias.




Joannes Bohemiæ Rex, Dux vtriuſq; Sileſiæ, Landgrauius Alſatiæ, Comes Lucelburgenſis, &c. filius Henrici VII. Imperatoris, regnauit annos XXXV. ſuper Bohemos. Multa præclara geſſit in orbe terrarum. Occiſus eſt in prælio contra Eduardum Regem Angliæ, in Gallia prope oppidum Creſciacum, Anno Domini MCCCXXVI. XXVII. die Auguſti. Corpus eius Lucenburgium tranſlatum, & in Cathedrali Eccleſia Sanctæ Mariæ ſepultum eſt.

Beatrix filia Henrici VII. Imperatoris, Caroli Regis Hungariæ vxor.

Maria, Henrici VII. Auguſti filia, vxor Caroli Pulchri Regis Franciæ, & Nauarræ.

HELENA vltima filia Henrici VII. Imper. Coniunx Rudolphi Comitis Palatini Rheni & Bauariæ Ducis.

IMPER. CÆSAR FRIDERICVS PVLCHER, PIVS, Felix, Augustus, Rex Germaniæ, Archidux Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Sueuiæ, &c. Marchio Burgouiæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Phyretarum, &c. Landgrauius Alsatiæ.



FRIDERICVS Dux Austriæ, cognomine Pulcher, Alberti primi Ducis Austriæ Regis Romanorum, ac Elizabethæ filius, vir elegans & statura procerus, largus & liberalis, omnibusq; pergratus, aliquorũ Principũ suffragijs Rex Romanorum electus ac Bohemiæ diademate insignitus est, Ludouico Bauariæ Duce consobrino suo ab alijs Electoribus Imperatore creato. Filiam Regis Arragoniæ Elizabetham in vxorem duxit, ac cum maxima celebritate Basilææ nuptias celebrauit. Postea cum magnis copiis Sueuiam ingressus, Ludouicum ad arma prouocauit, ac pugna facta, dubio marte vtrinq; magna strages edita est. Post aliquot annos, in Bauariam veniens, eam totam igne & ferro deuastauit, ac tandem à Ludouico suis opem ferente, cum fratre Henrico prælio victus, & captus est. Cumq; triennium in custodiis maceratus esset, tandem præmissis quibusdam conditionibus iureiurando & literis corroboratis, liberatus, ac in Austriam reductus, cum magna lætitia ab vniuerso populo susceptus est. Nec multo post cum ob ad-

uer-

uerſitates quaſ perpeſſus fuerat paulatim tabeſceret, dyſenteria reſolutus, animam exhalauit, Anno ſalutis MCCCXXX. Sepultus in monaſterio Carthuſianorum Murbacenſi. Regnauit annos XV. menſes II. & dies XXVII.

UXORES FRIDERICI Imperatoris.

ISABELLA Reinoldi Comitis Geldriæ filia, Friderico quidem deſponſata, ſed ob patris proditionem, eam ducere noluit.

ELIZABETHAM Jacobi Arragonum Regis filiam nobiliſſimam coniugem habuit Fridericus, quæ eum vnice amauit, tantumq; amore viri flagrauit, vt nihil intermitteret, quod ad ſalutem viri ſpectabat. Peregrinationibus, ieiunijs, abſtinentijs adeo ſe caſtigauit, vt oculos pene viſumque amitteret, flens diu noctuque ob captum maritum, donec liberaretur, ex qua ei nati ſunt.

FRIDERICVS Junior, Archidux Auſtriæ, Dux Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, &c. Comes Habſpurgi, Tyrolis, &c.



477.



Anna vxor primo Regis Alberti Poloniæ, mox Joannis Ducis Carinthiæ, &c.

478.





Elizabeth, vxor Joannis Bohemiæ Regis, & vtriusque Silesiæ Ducis, &c.

479.





IMP. CÆSAR LVDOVICVS V. PIVS, FELIX, Augustus, Rex Germaniæ, Comes Palatinus Rheni, Dux vtriusq; Bauariæ, &c.

MONETA AVREA LVDOVICI V. Imperatoris.



480.





Lvdovicvs v. filius Ludouici senioris, & Mechtildis filiæ Rudolphi de Habspurg Comitis, Romanorum Regis, Princeps humanissimus, omnibusque amabilis, prouidus & sagax, in periculis animo infracto, à Primatibus Germaniæ electus, Fridericum Austriæ Ducem aduersarium habuit, quo cum per octo annos bellum varia fortuna gessit, Friderico tandem capto, nomen & titulum Imperatorium Pontifice annuente solus occupauit. Italiam autem ingressus, ingentib. copiis

primo Tridentum, deinde Mediolanum petijt, Italiæ ciuitatibus singulis Imperatorio nomine vicarios imponens. Inde Romam acceptis XXIV. nobilioribus Mediolanensibus ciuibus, tanquam obsidibus, contendit, ab vniuerso populo honorifice susceptus, à Stephano Columnio in æde S. Petri cũ coniuge coronatus est, omni nobilitate adstãte, & acclamãte, Patriciũ & Augustum Romanũ. Petrũ Corbariensem virum ad res gerendas aptissimum, & haud imprudentem, Nicolaum V. postea dictum, summum Pontificem creauit. Joannem dignitate Papali deiectum qui Imperatorem regno priuarat, excommunicatione crudelissima, tanquam hæresiarcham percussit. Metuens autem Imperator proditionem ac venenum, non arma, Italiam relinquere decreuit, Germaniamque summa cum animi hilaritate repetijt. Francofordiæ comitia celebrauit, in quibus antiquas leges confirmauit. Cum autem Papæ odium magis magisq; cresceret, indefessis conatibus suis tantum effecit, vt in Lucenburgico cõuentu alius Imperator designaretur. Sed Ludouicus in venatione cum motu & labore corpus calefaceret, vrsumq; ingentem cum impetu quodam viriliter peteret, de equo præcipitatus, corpus graui collisione læsit. Destitutus igitur omnibus viribus, & sensibus, mortuus est anno Christi natiuitatis MCCCXLVII. Imperij sui XXXIII. minus VIII. diebus, in Monaco Imperiali pompa sepultus. Quo mortuo fuit interregnum anni I. mensium III. & dierum XXII.

VXORES LVDOVICI JMP.

Beatrix Augusta, filia Ducis Poloniæ, prima Ludouici vxor, ex qua nati sunt

- Lvdovicvs Dux Bauariæ, & Marchio Brandeburgensis, ac
- Stephanvs Dux Landshutæ.

MARGARETA filia Guilhelmi III. Comitis Hollandiæ & Zelandiæ, Ludouici Imp. altera vxor. Hæc cum marito Romam profecta, in Imperatricem coronata est, filiumque Romæ peperit,

LVDOVICVM cognomento Romanum, Marchionem Brandeburgensem & Comitem Tyrolensem, deinde

OTHONEM Marchionem Brandeburgensem.

GVILHELMVM Seniorem Comitem Hollandiæ, & Bauariæ inferiorem Ducem, &

ADELBERTVM, Ducem inferioris Bauariæ, & Dominum in Straubingen.

ELIZABETHAM, vxorem Mastini Scaligeri, &

HAGESAM, vxorem Ducis Wirtebergensis.

Mortuo Ludouico V. Imp. Electorum pars, videlicet Archiepiscopus Moguntinus à Papa Clemente VI. priuatus: Marchio Brandeburgensis, filius Ludouici V. Imperatoris mortui: & Dux Bauariæ Com. Palatinus Rheni, interregnum esse pronunciauerunt, quod Carolus IV. nequaquã legitime creatus esset Rex Romanorum, durauitque interregnum primo menses II. & dies XXV.

ODOVARDVS DESIGNATVS REX ROMAnorum, Rex Angliæ.

Odovardvs IV. Rex Angliæ à tribus Electoribus VIII. Idus Ianuarij, Anno Domini MCCCXLVIII. Rex Romanorum in schismate contra Carolum IV. Imper. creatus, bello Gallico impeditus non iniit, quare deinceps interregnum esse, ijdem Electores, Carolo IV. infensi declarauerunt, quod annum vnum & dies vigintisex fuit.

IMP. CÆSAR CAROLVS IV. PIVS, FELIX, AVG. Rex Germaniæ, Bohemiæ, &c. Dux superioris & inferioris Silesiæ, Marchio Brandenburgensis, & vtriusq; Lusatiæ, Comes Luxeburgensis.


MONETA AVREA CAROLI IV. Imperatoris,



Carolvs IV. Bohemiæ Rex, Joannis Bohemiæ ex altera vxore eius Elizabetha filius, Henrici VII. ex filio nepos, Princeps religiosus, literis & linguarum cognitione instructus, Ludouico regnante à quibusdam Principibus electus Brunæ coronatus est, Clemente Pontifice eam electionem probante, licet alij Principes, quod neque in loco debito, nec aperte, sed latenter, nec tempore conuenienti electus esset, improbarent, & Güntherum

therum Comitem de Schvvartzēburg fortiſſimum militem in campis Francofordiæ crearent. Quo paulo poſt veneno necato, conciliatis ſibi paſſim principum animis, Carolus ſolus Imperio potitus eſt, Italiamq; ingreſſus, Romæ Imperialem coronā turpiſſima pactione ab Innocentio accepit. Paucos autem ibi moratus dies, quaſi venaturus ex vrbe elapſus, Mediolanum peruenit, vbi Vicecomitibus perpetuum Imperij Vicariatum aureâ bullâ confirmauit. Dehinc iuſſu Pontificis, perniciosam & ſuperſtitioſam flagellatorum ſectam, quæ totam pene Alemaniam penetrauerat, armata manu eiecit. Eberhardum Wirtembergenſem Comitem ingenti exercitu oppreſſit. Bohemicarum rerum inprimis ſtudioſus fuit. Pragam Metropolim longe ampliorem reddidit, & propugnaculis muniuit: Pragenſem Eccleſiam erexit, publicum Gymnaſium inſtituit. Multa collegia Canonicorum & Monaſteria fundauit. Regnum paternum maxime dilatare conatus eſt. Ob id Marchionatum Brandeburgenſem, Luſatiæ, item Ducatum Sileſiæ, Bauariæ, cum multis alijs Dominijs partim emptione, partim bello, & alijs artibus pro Regno Bohemico obtinuit, filium ſuum Wenceslaum Regem Roman. aſſenſu Principum deſignauit. Altero deinde anno valetudine aduerſa correptus, obijt, ac Pragæ à filio honorifice ſepultus, cum annis xxxiii. Imperio præfuiſſet. Princeps quidem clarus, niſi maiorem Regni ſui Bohemici, quam Imperij rationem & curam habuiſſet.

SIGNVM CAROLI IV. Imperatoris.



VXO

VXORES CAROLI IV. IMPERATORIS & Bohemiæ Regis.

Elizabetha Augusta, Caroli iv. prima vxor, filia ... Stetinensis, sterilis fuit.

Agnes Augusta, Caroli iv. secunda vxor, filia Ru-dolphi iunioris Rheni Palatini Comitis: sterilis & infæ-cunda fuit.

Blanca Augusta, Comitissa Valesii in Francia, fi-lia Caroli Comitis Valesii, & soror Philippi de Valesio, ... Regis Franciæ, Caroli iv. Imperatoris, vxor ter-tia.

Anna, alias Joanna Augusta, quarta fuit Caroli iv. Imp. ex qua ei nati sunt

Wenceslavs Imp.
Sigismvndvs Augustus, &
. . . . . . filia vxor Regis Hungariæ.
Elizabeth, vxor Alberti Archiducis Austriæ.

CÆSAR GVNTHERVS, REX ROMANO-rum, Comes Thuringiæ.

Gvntherus de Schvvartzenburg, Thüringiæ Comes, vir robustus & strenuus, annos xlv natus, à Principibus Electoribus, Carolo contrarijs, diu mul-tumque ad assumendum Imperium sollicitatus, semper tamen recusauit. Tandem ijs conditionibus annuit, si maior Principum Electorum pars Francofordiæ conue nirent, Imperiumque vacare decernerent. Congre-gatis igitur Principibus in Campis Francofordiæ v-nanimi consensu Güntherus Rex Romanorum de-claratus est, præstitis iuramentis, & debito exhibi-to officio. Electus igitur, Francofordiam Vrbem, tanquam Romanus Rex, ingressurus, à ciuibus prohibi-tus est: Mos enim ciuibus est, vt nullum Regem in Vrbem

Vrbem intromittant, qui habet Imperij æmulum, nisi prius vrbs obsessa aliquam vim patiatur, aduersariusq; interim aut manum cum eo conferat, aut diuisioni viam inueniat, ita vt vnus fortiter regnet, alter inglorius ac timidus abeat. Ingenti itaque coacto exercitu, Güntherus potentissime Vrbem per duos pene menses obsedit, dehinc in Vrbem Regio more susceptus est. Concordia vero per Marchionē Brandeburgensem constituta inter Güntherum & Carolum IV. VI. mense Imperij veneno à Medico suo necatus perijt, circa Calendas Augusti, Anno natiuitatis Domini MCCCXLIX. ac Francofordiæ à ciuibus Regio apparatu, regioque monumento est sepultus. Vixit annos XLV. menses VI.

ELIZABETH, filia Friderici Archiducis Austriæ, vxor Güntheri Romanorum Regis.

IMP. CÆSAR WENCESLAVS CAROLI IV. Augusti fil. P. F. Aug. Rex Germaniæ, Bohemiæ, Dux superioris & inferioris Silesiæ, Luxenburgiæ, Marchio vtriusq; Lusatiæ.

AVREA MONETA WENCESLAI Imperatoris.



Wenceslaus Caroli IV. Imp. filius, annos natus XV. patre solicitante, in Regem Romanorum Francofordiç electus est, & Aquisgrani præsente patre Carolo, coronatus.

natus. Patri & auo perquam dissimilis, tam corpore, quam animo, deformis, atque ineptus, desidia corruptus, luxui tantum deditus, administrationem Imperij prorsus neglexit. Ob id à Baronibus regni captus, per quatuor menses in custodia detētus fuit, donec per fratrem Joannem Marchionem liberaretur, vnde tamen non melior factus est. Nihil, quod memoratu dignum esset, in Imperio gessit. Illud certum est, nisi à fratre Sigismundo captus, & Viennæ in carcere seruatus esset, Imperio, Germanorum procerum consensu, deturbatus, res Imperij diutius afflixisset. Imperio pręfuit annos XXIV. menses II. & dies IX. & Anno ætatis LVII. exira in Apoplexiam incidens, ac paralysi dies XVIII. laborans veluti porcus in volutabro, animam exhalauit. Sepultus est Pragæ cum patre.

VXORES WENCESLAI IMP.

JOANNA Alberti senioris Ducis Bauariæ, & Hollandiæ Comitis filia, prima Wenceslai vxor, ex qua nullos generauit liberos.

SOPHIA filia Joannis Ducis Bauariæ, Ernesti soror, altera Wenceslai vxor, mulier forma insigni, ac corpore valde eleganti, sterilis tamen. Anno salutis MCCCCXXVIII. mortua in Posonio Hungariæ oppido, & in æde S. Martini sepulta est.



CÆSAR FRIDERICVS, IV. REX ROMANOrum designatus, Magni Duc. F.

AVREA MONETA FRIDERICI Cæsaris.



Ex Duce Brunsuicensi & Lüneburgensi, Rex Romanorum Francofordiæ abrogato Wenceslao ab Electoribus creatus est. . . . . Calend. Septembris, Anno Domini MCCCC. & non longe post, ante primam coronationem, insidijs Moguntini Archiepiscopi à Comite de Waldec occisus est. In eius locum ab Electoribus mense Junio eiusdem anni factus est Robertus Comes Palatinus Rheni.

VXOR FRIDERICI Cæsaris.

ANNA filia Ducis Saxoniæ, Friderici vxor, ex qua natæ sunt, ANNA, vxor Ducis Austriæ Friderici, & Elizabeth.

CÆSAR RVPERTVS PARVVS, REX ROMANOrum, S. Romani Imperij Elector, Comes Palatinus Rheni, Bauariæ Dux.

Rupertus Paruus Dux Bauariæ & Comes Palatinus Rheni, filius Ruperti Adolphi & Beatricis, vir armis exer-

exercitatissimus, ingeniique acerrimi, ac insignis iustitiæ cultor. Post Fridericum Ducem Brunsuicensem, Cæsarem quidem electum, sed à Moguntino Antistite impie occisum, ac propter illius mortem diu multumq; in Germania tumultuatum, Imp. à Principibus declaratus est, Pontifice Bonifacio IX. approbante, & Coloniæ ab Archiepiscopo Coloniensi Regio diademate insignitus. A Florentinis ad comprimendam Galeaciorum potentiam in Italiam accersitus fuit: præsidio autem Ducis Austriaci, & Episcopi Coloniensis destitutus, congressus cum Vicecomite succubuit, fugaque saluti consuluit. Vnde ad Tridentinos & Venetos delatus, honorificentissime acceptus est. Ac cum Pontifici, Venetis & Florentinis enarrata clade sua, surdis fabulam caneret, re infecta in Germaniam per Alpes cum equitatu reuersus, res Imperij cum diligentia tractauit, de Italia nihil amplius sollicitus, quam permisit suis se vulneribus conficere. Post autem plerisque in Imperio honorifice gestis, insperatò in Oppenheim diem suum obiit, Anno Natiuitatis Domini MCCCCX. ac Haidelbergæ sepultus, anno Imperii X. quo mortuo fuit interregnum mensium III. & dierum XIX.

VXORES RVPERTI *Cæsaris.*

. . . . Vxorem habuit Rupertus, cuius nomen, genus & familia incognita, ex qua nati sunt

RVPERTVS cognomine Pipa Palatinus, qui cum Joanne Duce Burgundiæ à Turca captus, post liberationem sine vxore & liberis Ambergæ moritur, atque ibi sepelitur.

ELIZABETHA Augusta, Burggrauij Norimbergensis filia, vxor altera Ruperti, Cæsaris, ex qua ei nati sunt

FRIDE-

FRIDERICVS.
LVDOVICVS Cæcus, Barbatus.
STEPHANVS, Dux in Zvveiprug.
JOANNES, Dux in Nevvburg.
OTHO Dux in Mospach.
ELIZABETHA, vxor Friderici Archiducis Austriæ.
HAGNES, vxor Ducis Joannis Cliuiensis, &
MARGARETHA, vxor Renati Ducis Lotharingiæ.

CÆSAR JODOCVS BARBATVS, REX ROMAnorum, Marchio Brandeburgię, & Morauiæ.

JODOCVS filius Joannis Henrici Marchionis Morauiæ, fratris Caroli IV. natus est in Morauia, Anno Domini MCCC. . . . Barbatus dictus: homo inutilis, & qui veritatem non præstabat. Hic, vt alii tradunt, ante Rupertum, delecto Wenceslao in Regem Romanorum creatus est. Alij vero post mortem Ruperti, à Principibus Electoribus Francofordiæ Regem eum designatum asserunt. Non autem coronatus est, quoniam erat prouectioris ætatis, annum enim LXXXIX. & menses aliquot excesserat. Vix VI. menses in Imperio transegit. Brumiæ quæ ciuitas est Morauiæ, mortuus, & in monasterio sancti Thomæ cum patre suo, qui id construxerat, sepultus, Anno Domini MCCCCXI.

Vxorem habuit Iodocus, filiam Regis Hungariæ, ex qua nullam prolem genuit.

IMPER. CÆSAR SIGISMVNDVS, PIVS, FELIX, Augustus, Rex Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, Bosniæ, & Electus Poloniæ, &c. Dux superioris, & inferioris Silesiæ, Sabæ, Lutzenburgiæ, Princeps Transyluaniæ, Marchio Brandeburgiæ, Morauiæ, & vtriusque Lusatiæ, Comes Ciliensis, &c.

AVREA MONETA SIGISMVNDI
Imperatoris.



SIGISMVNDVS Caroli IV. Imperatoris ex Joanna filius, princeps sapientia, eruditione, probitate, & multarum linguarum cognitione clarissimus, statura talis, qualis tantum principem decebat. Hic adhuc puer Mariam filiam Ludouici Regis Hungariæ, vxorem duxit, ac Rex Hungariæ, deinde Romanorum factus est. Ingentia bella contra Hungaros gessit, & ab illis captus est. Aduersus Turcas maximum parauit exercitum, eumque ad Hadrianopolim vsque perduxit. Verum perturbatis ordinibus à Gallis, primum locum in acie deberi sibi contendentibus, ab Amurathe graui prælio victus, castrisq; exutus est, cæsis magna ex parte Ducibus, & Burgundionum Rege capto. Triennii spatio magnam Europæ partẽ, publici concilij cogendi causa,

quo

quo Schisma tolleretur, peragrauit. Concilio autem Constantiæ congregato, tres adulterinos Pontifices Joannem XXIII. Gregorium & Benedictum Pontificia dignitate deposuit, & in Pontificatu Othonem de Columna, Martinum V. postea dictum, suffecit, ac pernicioso schismate inter Pontifices sublato, concordiam & tranquillitatẽ Ecclesiæ restituit. In eo etiam concilio Friderico Burggrauio Norimbergensi ob excellentes eius virtutes, ius electiuum Imperij donauit. Deinde in Italiam profectus, Mediolanum venit, acceptaque, de more Imperatorio, ferrea corona, Parmam, Senas, Romamque profectus, à Pontifice, Cardinalibus, populoque Romano perbenigne susceptus est, & Corona Cæsarea donatus fuit. Italiam vero relinquens, Basileam vbi concilium erat, peruenit, Eugenium Pontificem, cõcilium Basiliense à se prius confirmatum, reuocantem, Ferrariamque traducere conantem, tanquam contumacem summo sacerdotio deiecit. Relicto autem Concilio Bohemiam ingressus est, omniaque dissidia componere instituit. Sed circumuentus morbo, & senectute, diem clausit vltimum, cum attigisset annum LXX. anno Imperij XXVII. Anno Christi MCCCCXXXVII. Corpus eius in Albam Regalem Hungariæ translatum, ibidemque sepultum est. Quo mortuo fuit interregnum dierum XXII.

VXORES SIGISMVNDI Imperatoris.

MARIA Ludouici Regis Hungariæ & Poloniæ filia, vxor Sigismundi Imperatoris, ex qua nullam quidem prolem, sed Regnum consecutus est. Maria autem mortua est in vrbe Waradiense, & ibidem sepulta, XVII. die Maij, Anno Domini MCCCLXXXXIII.

BARBARA Hermanni Comitis Ciliæ filia, altera Sigismundi vxor, ex qua ei nata est Elisabetha, vxor Alberti II.

primo Tridentum, deinde Mediolanum petijt, Italiæ ciuitatibus singulis Imperatorio nomine vicarios imponens. Inde Romam acceptis XXIV. nobilioribus Mediolanensibus ciuibus, tanquam obsidibus, contendit, ab vniuerso populo honorifice susceptus, à Stephano Columnio in æde S. Petri cũ coniuge coronatus est, omni nobilitate adstãte, & acclamãte, Patriciũ & Augustum Romanũ. Petrũ Corbariensem virum ad res gerendas aptissimum, & haud imprudentem, Nicolaum V. postea dictum, summum Pontificem creauit. Joannem dignitate Papali deiectum qui Imperatorem regno priuarat, excommunicatione crudelissima, tanquam hæresiarcham percussit. Metuens autem Imperator proditionem ac venenum, non arma, Italiam relinquere decreuit, Germaniamque summa cum animi hilaritate repetijt. Francofordiæ comitia celebrauit, in quibus antiquas leges confirmauit. Cum autem Papæ odium magis magisq; cresceret, indefessis conatibus suis tantum effecit, vt in Lucenburgico cõuentu alius Imperator designaretur. Sed Ludouicus in venatione cum motu & labore corpus calefaceret, vrsumq; ingentem cum impetu quodam viriliter peteret, de equo præcipitatus, corpus graui collisione læsit. Destitutus igitur omnibus viribus, & sensibus, mortuus est anno Christi natiuitatis MCCCXLVII. Imperij sui XXXIII. minus VIII. diebus, in Monaco Imperiali pompa sepultus. Quo mortuo fuit interregnum anni I. mensium III. & dierum XXII.

VXORES LVDOVICI JMP.

BEATRIX Augusta, filia Ducis Poloniæ, prima Ludouici vxor, ex qua nati sunt

LVDOVICVS Dux Bauariæ, & Marchio Brandeburgensis, ac

STEPHANVS Dux Landshutæ.

MAR-

MARGARETA filia Guilhelmi III. Comitis Hollandiæ & Zelandiæ, Ludouici Imp. altera vxor. Hæc cum marito Romam profecta, in Imperatricem coronata eſt, filiumque Romæ peperit,

LVDOVICVM cognomento Romanum, Marchionem Brandeburgenſem & Comitem Tyrolenſem, deinde

OTHONEM Marchionem Brandeburgenſem.

GVILHELMVM Seniorem Comitem Hollandiæ, & Bauariæ inferiorem Ducem, &

ADELBERTVM, Ducem inferioris Bauariæ, & Dominum in Straubingen.

ELIZABETHAM, vxorem Maſtini Scaligeri, &

HAGESAM, vxorem Ducis Wirtebergenſis.

Mortuo Ludouico V. Imp. Electorum pars, videlicet Archiepiſcopus Moguntinus à Papa Clemente VI. priuatus: Marchio Brandeburgenſis, filius Ludouici V. Imperatoris mortui: & Dux Bauariæ Com. Palatinus Rheni, interregnum eſſe pronunciauerunt, quod Carolus IV. nequaquã legitime creatus eſſet Rex Romanorum, durauitque interregnum primo menſes II. & dies XXV.

ODOVARDVS DESIGNATVS REX ROMAnorum, Rex Angliæ.

Odovardvs IV. Rex Angliæ à tribus Electoribus VIII. Idus Ianuarij, Anno Domini MCCCXLVIII. Rex Romanorum in schismate contra Carolum IV. Imper. creatus, bello Gallico impeditus non iniit, quare deinceps interregnum esse, ijdem Electores, Carolo IV. infensi declarauerunt, quod annum vnum & dies vigintisex fuit.

IMP. CÆSAR CAROLVS IV. PIVS, FELIX, AVG. Rex Germaniæ, Bohemiæ, &c. Dux superioris & inferioris Silesiæ, Marchio Brandenburgensis, & vtriusq; Lusatiæ, Comes Luxeburgensis.

MONETA AVREA CAROLI IV. Imperatoris.






Carolvs IV. Bohemiæ Rex, Joannis Bohemiæ ex altera vxore eius Elizabetha filius, Henrici VII. ex filio nepos, Princeps religiosus, literis & linguarum cognitione instructus, Ludouico regnante à quibusdam Principibus electus Brunæ coronatus est, Clemente Pontifice eam electionem probante, licet alij Principes, quod neque in loco debito, nec aperte, sed latenter, nec tempore conuenienti electus esset, improbarent, & Güntherum

therum Comitem de Schvvartzeburg fortissimum militem in campis Francofordiæ crearent. Quo paulo post veneno necato, conciliatis sibi passim principum animis, Carolus solus Imperio potitus est, Italiamq; ingressus, Romæ Imperialem coronā turpissima pactionē ab Innocentio accepit. Paucos autem ibi moratus dies, quasi venaturus ex vrbe elapsus, Mediolanum peruenit, vbi Vicecomitibus perpetuum Imperij Vicariatum aureâ bullâ confirmauit. Dehinc iussu Pontificis, perniciosam & superstitiosam flagellatorum sectam, quæ totam pene Alemaniam penetrauerat, armata manu eiecit. Eberhardum Wirtembergensem Comitem ingenti exercitu oppressit. Bohemicarum rerum inprimis studiosus fuit. Pragam Metropolim longe ampliorem reddidit, & propugnaculis muniuit: Pragensem Ecclesiam erexit, publicum Gymnasium instituit. Multa collegia Canonicorum & Monasteria fundauit. Regnum paternum maxime dilatare conatus est. Ob id Marchionatum Brandeburgensem, Lusatiæ, item Ducatum Silesiæ, Bauariæ, cum multis alijs Dominijs partim emptione, partim bello, & alijs artibus pro Regno Bohemico obtinuit, filium suum Wenceslaum Regem Roman. assensu Principum designauit. Altero deinde anno valetudine aduersa correptus, obijt, ac Pragæ à filio honorifice sepultus, cum annis xxxiii. Imperio præfuisset. Princeps quidem clarus, nisi maiorem Regni sui Bohemici, quam Imperij rationem & curam habuisset.

SIGNVM CAROLI IV.
Imperatoris.



VXO

VXORES CAROLI IV. IMPERATORIS & Bohemiæ Regis.

Elizabetha Augusta, Caroli iv. prima vxor, filia Ducis Stetinensis, sterilis fuit.

Agnes Augusta, Caroli iv. secunda vxor, filia Rudolphi iunioris Rheni Palatini Comitis: sterilis & infæcunda fuit.

Blanca Augusta, Comitissa Valesii in Francia, filia Caroli Comitis Valesii, & soror Philippi de Valesio, post Regis Franciæ, Caroli iv. Imperatoris, vxor tertia.

Anna, alias Joanna Augusta, quarta fuit Caroli iv. Imp. ex qua ei nati sunt

Wenceslavs Imp.
Sigismvndvs Augustus, &
. . . . . . filia vxor Regis Hungariæ.
Elizabeth, vxor Alberti Archiducis Austriæ.

CÆSAR GVNTHERVS, REX ROMANOrum, Comes Thuringiæ.

Gvntherys de Schvvartzenburg, Thüringiæ Comes, vir robustus & strenuus, annos xlv natus, à Principibus Electoribus, Carolo contrarijs, diu multumque ad assumendum Imperium sollicitatus, semper tamen recusauit. Tandem ijs conditionibus annuit, si maior Principum Electorum pars Francofordiæ conuenirent, Imperiumque vacare decernerent. Congregatis igitur Principibus in Campis Francofordiæ vnanimi consensu Güntherus Rex Romanorum declaratus est, præstitis iuramentis, & debito exhibito officio. Electus igitur, Francofordiam Vrbem, tanquam Romanus Rex, ingressurus, à ciuibus prohibitus est: Mos enim ciuibus est, vt nullum Regem in Vrbem

Vrbem intromittant, qui habet Imperij æmulum, nisi prius vrbs obsessa aliquam vim patiatur, aduersariusq; interim aut manum cum eo conferat, aut diuisioni viam inueniat, ita vt vnus fortiter regnet, alter inglorius ac timidus abeat. Ingenti itaque coacto exercitu, Güntherus potentissime Vrbem per duos pene menses obsedit, dehinc in Vrbem Regio more susceptus est. Concordia vero per Marchionē Brandeburgensem constituta inter Güntherum & Carolum IV. VI. mense Imperij veneno à Medico suo necatus perijt, circa Calendas Augusti, Anno natiuitatis Domini MCCCXLIX. ac Francofordiæ à ciuibus Regio apparatu, regioque monumento est sepultus. Vixit annos XLV. menses VI.

ELIZABETH, filia Friderici Archiducis Austriæ, vxor Güntheri Romanorum Regis.

IMP. CÆSAR WENCESLAVS CAROLI IV. Augusti fil. P. F. Aug. Rex Germaniæ, Bohemiæ, Dux superioris & inferioris Silesiæ, Luxenburgiæ, Marchio vtriusq; Lusatiæ.

AVREA MONETA WENCESLAI Imperatoris.



Wenceslaus Caroli IV. Imp. filius, annos natus XV. patre solicitante, in Regem Romanorum Francofordię electus est, & Aquisgrani præsente patre Carolo, coronatus.

natus. Patri & auo perquam dissimilis, tam corpore, quam animo, deformis, atque ineptus, desidia corruptus, luxui tantum deditus, administrationem Imperij prorsus neglexit. Ob id à Baronibus regni captus, per quatuor menses in custodia detetus fuit, donec per fratrem Joannem Marchionem liberaretur, vnde tamen non melior factus est. Nihil, quod memoratu dignum esset, in Imperio gessit. Illud certum est, nisi à fratre Sigismundo captus, & Viennæ in carcere seruatus esset, Imperio, Germanorum procerum consensu, deturbatus, res Imperij diutius afflixisset. Imperio pręfuit annos XXIV. menses II. & dies IX. & Anno ætatis LVII. ex ira in Apoplexiam incidens, ac paralysi dies XVIII. laborans veluti porcus in volutabro, animam exhalauit. Sepultus est Pragæ cum patre.

VXORES WENCESLAI IMP.

JOANNA Alberti senioris Ducis Bauariæ, & Hollandiæ Comitis filia, prima Wenceslai vxor, ex qua nullos generauit liberos.

SOPHIA filia Joannis Ducis Bauariæ, Ernesti soror, altera Wenceslai vxor, mulier forma insigni, ac corpore valde eleganti, sterilis tamen. Anno salutis MCCCCXXVIII. mortua in Posonio Hungariæ oppido, & in æde S. Martini sepulta est.

CÆSAR

CÆSAR FRIDERICVS, IV. REX ROMANOrum designatus, Magni Duc. F.

AVREA MONETA FRIDERICI Cæsaris.



Ex Duce Brunsuicensi & Lüneburgensi, Rex Romanorum Francofordiæ abrogato Wenceslao ab Electoribus creatus est. .... Calend. Septembris, Anno Domini MCCCC. & non longe post, ante primam coronationem, insidijs Moguntini Archiepiscopi à Comite de Waldec occisus est. In eius locum ab Electoribus mense Iunio eiusdem anni factus est Robertus Comes Palatinus Rheni.

VXOR FRIDERICI Cæsaris.

ANNA filia Ducis Saxoniæ, Friderici vxor, ex qua natæ sunt, ANNA, vxor Ducis Austriæ Friderici, & Elizabeth.

CÆSAR RVPERTVS PARVVS, REX ROMANOrum, S. Romani Imperij Elector, Comes Palatinus Rheni, Bauariæ Dux.

Rupertus Paruus Dux Bauariæ & Comes Palatinus Rheni, filius Ruperti Adolphi & Beatricis, vir armis

exercitatissimus, ingeniique acerrimi, ac insignis iustitiæ cultor. Post Fridericum Ducem Brunsuicensem, Cæsarem quidem electum, sed à Moguntino Antistite impie occisum, ac propter illius mortem diu multumq; in Germania tumultuatum, Imp. à Principibus declaratus est, Pontifice Bonifacio IX. approbante, & Coloniæ ab Archiepiscopo Coloniensi Regio diademate insignitus. A Florentinis ad comprimendam Galeaciorum potentiam in Italiam accersitus fuit: præsidio autem Ducis Austriaci, & Episcopi Coloniensis destitutus, congressus cum Vicecomite succubuit, fugaque saluti consuluit. Vnde ad Tridentinos & Venetos delatus, honorificentissime acceptus est. Ac cum Pontifici, Venetis & Florentinis enarrata clade sua, surdis fabulam caneret, re infecta in Germaniam per Alpes cum equitatu reuersus, res Imperij cum diligentia tractauit, de Italia nihil amplius sollicitus, quam permisit suis se vulneribus conficere. Post autem plerisque in Imperio honorifice gestis, insperatò in Oppenheim diem suum obiit, Anno Natiuitatis Domini MCCCCX. ac Haidelbergæ sepultus, anno Imperii X. quo mortuo fuit interregnum mensium III. & dierum XIX.

VXORES RVPERTI *Cæsaris.*

. . . . Vxorem habuit Rupertus, cuius nomen, genus & familia incognita, ex qua nati sunt

RVPERTVS cognomine Pipa Palatinus, qui cum Joanne Duce Burgundiæ à Turca captus, post liberationem sine vxore & liberis Ambergæ moritur, atque ibi sepelitur.

ELIZABETHA Augusta, Burggrauij Norimbergensis filia, vxor altera Ruperti, Cæsaris, ex qua ei nati sunt

FRIDE-

FRIDERICVS.

LVDOVICVS Cæcus, Barbatus.

STEPHANVS, Dux in Zvveiprug.

JOANNES, Dux in Nevvburg.

OTHO Dux in Mospach.

ELIZABETHA, vxor Friderici Archiducis Austriæ.

HAGNES, vxor Ducis Joannis Cliuiensis,

&

MARGARETHA, vxor Renati Ducis Lotharingiæ.

CÆSAR JODOCVS BARBATVS, REX ROMAnorum, Marchio Brandeburgiæ, & Morauiæ.

JODOCVS filius Joannis Henrici Marchionis Morauiæ, fratris Caroli IV. natus est in Morauia, Anno Domini MCCC. . . . Barbatus dictus: homo inutilis, & qui veritatem non præstabat. Hic, vt alii tradunt, ante Rupertum, delecto Wenceslao in Regem Romanorum creatus est. Alij vero post mortem Ruperti, à Principibus Electoribus Francofordiæ Regem eum designatum asserunt. Non autem coronatus est, quoniam erat prouectioris ætatis, annum enim LXXXIX. & menses aliquot excesserat. Vix VI. menses in Imperio transegit. Brumiæ quæ ciuitas est Morauiæ, mortuus, & in monasterio sancti Thomæ cum patre suo, qui id construxerat, sepultus, Anno Domini MCCCCXI.

Vxorem habuit Iodocus, filiam Regis Hungariæ, ex qua nullam prolem genuit.



IMPER. CÆSAR SIGISMVNDVS, PIVS, FELIX, Augustus, Rex Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, Bosniæ, & Electus Poloniæ, &c. Dux superioris, & inferioris Silesiæ, Sabæ, Lutzenburgiæ, Princeps Transyluaniæ, Marchio Brandeburgiæ, Morauiæ, & vtriusque Lusatiæ, Comes Ciliensis, &c.

AVREA MONETA SIGISMVNDI Imperatoris.



Sigismvndvs Caroli iv. Imperatoris ex Joanna filius, princeps sapientia, eruditione, probitate, & multarum linguarum cognitione clarissimus, statura talis, qualis tantum principem decebat. Hic adhuc puer Mariam filiam Ludouici Regis Hungariæ, vxorem duxit, ac Rex Hungariæ, deinde Romanorum factus est. Ingentia bella contra Hungaros gessit, & ab illis captus est. Aduersus Turcas maximum parauit exercitum, eumque ad Hadrianopolim vsque perduxit. Verum perturbatis ordinibus à Gallis, primum locum in acie deberi sibi contendentibus, ab Amurathe graui prælio victus, castrisq; exutus est, cæsis magna ex parte Ducibus, & Burgundionum Rege capto. Triennii spatio magnam Europæ partẽ, publici concilij cogendi causa,

quo

quo Schiſma tolleretur, peragrauit. Concilio autem Conſtantiæ congregato, tres adulterinos Pontifices Joannem XXIII. Gregorium & Benedictum Pontificia dignitate depoſuit, & in Pontificatu Othonem de Columna, Martinum V. poſtea dictum, ſuffecit, ac pernicioſo ſchiſmate inter Pontifices ſublato, concordiam & tranquillitatẽ Eccleſiæ reſtituit. In eo etiam concilio Friderico Burggrauio Norimbergenſi ob excellentes eius virtutes, ius electiuum Imperij donauit. Deinde in Italiam profectus, Mediolanum venit, acceptaque, de more Imperatorio, ferrea corona, Parmam, Senas, Romamque profectus, à Pontifice, Cardinalibus, populoque Romano perbenigne ſuſceptus eſt, & Corona Cæſarea donatus fuit. Italiam vero relinquens, Baſileam vbi concilium erat, peruenit, Eugenium Pontificem, cõcilium Baſilienſe à ſe prius confirmatum, reuocantem, Ferrariamque traducere conantem, tanquam contumacem ſummo ſacerdotio deiecit. Relicto autem Concilio Bohemiam ingreſſus eſt, omniaque diſſidia componere inſtituit. Sed circumuentus morbo, & ſenectute, diem clauſit vltimum, cum attigiſſet annum LXX. anno Imperij XXVII. Anno Chriſti MCCCCXXXVII. Corpus eius in Albam Regalem Hungariæ translatum, ibidemque ſepultum eſt. Quo mortuo fuit interregnum dierum XXII.

VXORES SIGISMVNDI Imperatoris.

MARIA Ludouici Regis Hungariæ & Poloniæ filia, vxor Sigiſmundi Imperatoris, ex qua nullam quidem prolem, ſed Regnum conſecutus eſt. Maria autem mortua eſt in vrbe Waradienſe, & ibidem ſepulta, XVII. die Maij, Anno Domini MCCCLXXXXIII.

BARBARA Hermanni Comitis Ciliæ filia, altera Sigiſmundi vxor, ex qua ei nata eſt Eliſabetha, vxor Alber-

ti II. Imp. Barbara vero fœmina fuit immenſæ libidinis, & procacitatis inuerecundæ, quæ ſæpius viros peteret, quam peteretur. Vitam omnem cenſuit inanem, quæ non coitu, luxu ac libidine contereretur. Nihil omiſit procaciſſima mulier, quo voluptatem expleri intelligebat. Animam cum corpore interituram iudicabat, paruifaciens religionem Chriſtianam. Cum ergo in luxu dies pene ac noctes tranſegiſſet, peſte infecta, in Græcia mortua eſt, ac Pragam delata, regio funere in monumento Regum ſepulta eſt.

ALBERTVS II. ROMANORVM IMP. REX Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ. Croatiæ, Sclauoniæ & Bohemiæ, &c. Archidux Auſtriæ, Dux Stiriæ, Carinthiæ, Carniolę, Luxenburgiæ, Sabæ, &c. S. Romani Imperij Princeps Sueuiæ, Tranſyluaniæ, &c. Marchio Burgouię, Oriſtani & Gothiani, Comes Habſpurgi, Tyrolis, Gurit ię, Ferretis, Kyburgi, &c. Landgrauius Alſatię, Dominus Sclauonię, Portus-naonis, Portenauię, & Salinarum, &c.

MONETA AVREA ALBERTI II, Imperatoris.



ALBERTVS II. Romanorum Rex, Alberti IV. & Ioannæ filius, annum agens XII. patrem amiſit. Agens deinde ſub tutoribus patruis, inter ſe digladiantibus,

gra-

grauia quæque perpessus est. Pubertate vero egressus, tutelam abiecit, Austriamque pacauit. ELIZABETHAM SIGISMVNDI Imperatoris filiam in vxorem duxit, dotisque nomine insigniores Morauiæ vrbes accepit. Defuncto autem SIGISMVNDO, persuasione soceri, vnanimi consensu à Proceribus Hungariæ & Bohemiæ Rex salutatus atque coronatus est. Polonos qui Regnum Bohemicum ad se transferre conabantur, è regno deturbauit, intraque suos fines quiescere compulit. Vacante quoque propter SIGISMVNDI interitum, Imperio Rom. omnium concordi voto, nemine discrepante, Imperator designatus est. In Hungariam contra Turcum Amurathem, qui Hungariam per incursionem inuaserat, vocatus, maximis copiis profectus est. Sed cum ad eius aduentum Amurathes, oppugnata prius Sinderouiæ Vrbe, retrofugisset, ac Albertus copiis dissolutis Budam rediret, calore feruentis Augusti vexatus, peponibus sitim sedare volens, in solutionem ventris incidit, dysenteriaque fatigatus prope Strigonium, Princeps religiosissimus, & liberalissimus mortuus est, 6. Calendas Nouembris, Anno natiuitatis Domini, MCCCCXXXIX. cum annum vnum, menses decem imperasset. Quo mortuo, fuit interregnum mensium 11. dierum IIII.

ELIZABETHA Sigismundi Imperatoris ex Barbara filia, Alberti Cæsaris coniunx, ex qua ei natæ sunt

ANNA vxor Ducis Guilhelmi Saxoniæ,
&
ELIZABETHA vxor Regis Casimiri Poloniæ, Magniq; Ducis Lituaniæ.

486.





Grauida tamen Elizabetha, vidua Alberti Imperatoris, relicta, Posthumum LADISLAVM filium peperit, Regem Hungariæ & Bohemiæ, qui ab Imperatore Friderico III. educatus fuit. Princeps adhuc iuuenis ætatis anno XVIII. Pragæ mortuus, vt dicunt, à veneno ei parato, ibidemq; sepultus in templo S. Viti, Anno natiuitatis Domini MCCCCLXVIII.

487.






Sponsam habuit Ladislaus, Caroli VII. Regis Francorum filiam.



IMPE-

IMPERATOR CÆSAR FRIDERICVS III. PIVS, F. Augustus, Rex Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, Bosniæ, &c. Archidux Austriæ, Dux Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, &c. S. Romani Imperij Princeps Sueuiæ, Transyluaniæ, &c. Marchio Burgouiæ, Oristani & Gothiani, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Guritiæ, &c. Landgrauius Alsatiæ, Dominus Sclauonicæ, Portus--naonis Portenauiæ & Salinarum.

AVREA MONETA FRIDERICI III. Imperatoris.





Fridericvs III. eius nominis, Ernesti & Cimburgæ Ducissæ Massouiæ filius, post Alberti obitum ab Imperij Electoribus concorditer Francofordiæ Rex Romanorum declaratus est, & dehinc Aquisgrani coronatus. Ducta in vxorem Leonora Eduardi Regis Portugaliæ filia, in Italiam transcendit, Romamque ingressus à Nicolao Pontifice nullo non honoris genere exceptus cum Leonora Imperatrice, maxima cum solennitate regali diademate ornatus, Imperator, Augustusque proclamatus est. Inde Venetias delatus fuit, vbi summi honores ei à Senatu populoque Veneto exhibiti sunt, post per Alpes in Austriam reuersus est, vbi omnia plena tumultuum atque seditionum inueniens, ingentesq; labores & seditiones partim ob tutelam Regis, partim ob pater-

paternæ hæreditatis cum fratre diuisionem perpessus, facile eas compescuit. Defunctis autem Alberto fratre & Ladislao, Archidux Austriæ solus factus, & Rex Hungariæ à multis designatus est, sicut & Matthias Hunniades factione quorundam Rex electus est: vnde bellum Pannonicum ortum, quod tamen breui composuit. Filium Maximilianum à Flandrensibus captum, Flandria vndique vastata, ex custodia liberauit, cumq; consortem Imperij fecit. Ex ætate & labore in stomachi morbum incidens, aluoq; resoluta Lyntzij obiit, anno Imperij LII. Salutis MCCCCXCIII. Cadauer sepultum Viennæ in Austria, in templo S. Stephani, Ecclesia Cathedrali, sub splendidissimo monumento.

VXOR FRIDERICI III. Imperatoris.



LEONORA Eduardi Regis Portugaliæ, & Joannæ filia, vxor Friderici III. Imperatoris, Mulier multis virtutibus florens, benignitate imprimis, & pietate erga Deum, quas ornabat eximia pulchritudo, sic, vt maritus eam in oculis ferret, Romæ cum eo Imperij corona insignitur à Nicolao Pontifice, Anno Christi MCCCCL. mortua in Noua ciuitate Austriæ inferioris, sepulta

pulta Viennæ ad Diuum Stephanum prope maritum, ex qua nati sunt.

Christophorvs Archidux, mortuus ante patrem, ſepultus in Ciuitate noua Auſtriæ.

Maximilianvs Imp.

Joannes, obijt puer.

Georgivs Archidux Auſtriæ, &c.

490.





Helena mortua in iuuentute,

&

Chvnegvndis, vxor Alberti Bauariæ Ducis, ex qua liberos reliquit, qui eius virtutes ad hunc diem referunt.

491





IMPE-

IMPERATOR CÆSAR MAXIMILIANVS, I. PIVS, Felix, Augustus, Plurimumque Europæ Prouinciarum Rex & Princeps Potentißimus, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabātiæ, Lotharingiæ, Stiriæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, &c. Comes Flandriæ, Habspurgi, Tyrolis, Arthois, Burgundiæ, Guritiæ, &c. Comes Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferretis, Kyburgi, Namurci, Rossilionis, Ceretaniæ, Lutphaniæ, Landgrauius Alsatiæ, Marchio Burgouiæ, Oristani & Gothiani, S. Romani Imperij Princeps Sueuiæ, Dominus Sclauonicæ, Portus---naonis, Molinæ Salinarum & Mechliniæ, &c.

MONETA AVREA MAXIMILIANI I.
Imperatoris.



Maximilianvs Friderici iii. & Leonoræ Reginæ Portugalensis filius, optimæ indolis puer, sed in pueritia à præceptore suo indocto neglectus studia bona fouit, literatos amauit, euexitq;, præmiaq; digna elargitus est. Decimumoctauum agens annum, filiam Caroli Burgundi in vxorem duxit, atq; in Flandriam nuptias celebraturus abijt. Sexto vero matrimonij anno, vxorem imprægnatam ex equo delapsam, & ex casu postea grauissime ægrotantem amisit. Anno deinde salutis mcccclxxxvi. patre Friderico adhuc viuente Rex Romanorum inunctus est, ac biennio post Brugis à suis captus in aromatarij cuiusdam domo custodię per nouem menses traditus, decollatis plerisque in eius conspectu nobilioribus

ribus aulicis ſuis, non ſine horrendo ac ſtupendo quodam timore. Tandem per patrem Fridericum cũ exercitu xxxii. millium venientem liberatus eſt, & Matthia Rege Pannonum defuncto, eius ditionem ſibi vendicauit. Multa grauiſſima & varia bella geſſit: Italicum contra Carolum Francorum Regem: Helueticum non ſine ſuorum iactura: Bauaricum contra Rupertum Palatinũ Rheni, Hungaricum & deinde Venetum, quod vario euentu tractauit, habuitque Regem Franciæ, & Pontificem Romanum in fœdere contra Venetos. Cæterum cum ſe morti vicinum eſſe ſentiret, ſanxit, vt ſuarum Prouinciarum Rectores ac præſides cum omnibus Officialibus, in ſuo quiſque ſtatu, quoad alter nepotum in Germaniam commigraret, perſeueraret, ac poſtea profluuio ventris mortuus eſt, Vuelſæ in Auſtria, Anno ſalutis noſtræ MDXVIII. Imperij Anno XXXIII. Sepultus in Noua Ciuitate Auſtriæ inferioris. Vixit annos LIX. menſes IX. & dies viginti & vnum. Eo mortuo fuit interregnum menſium V. & dierum XVI.

SIGNVM MAXIMILIANI I. IMP.

A. E. I. O. V.

Vxores Maximiliani I. Imperatoris.

NVMISMA ARGENTEVM MARIÆ Auguſtæ.

493.





MARIA Caroli bellicosissimi Burgundionum Ducis filia, Maximiliani vxor prima, forma elegantissima, cum qua vnanimis summa cum voluptate vixit annos VI. ex qua genuit Philippum primogenitum, Castiliæ, Legionis, Granatæ, &c. Regem, Franciscum, Georgium, qui infantes extincti sunt, & Margaretam filiam, vxorem primo Caroli VIII. Francorum Regis, post Ducis Sabaudiæ Philiberti. Ipsa Imperatrix iterum impragnata, cum casu equi immaturum ederet partum, mortua est, Anno à CHRISTO nato MCCCCLXXXI.

PHILIPPVS I. REX ARRAGONIÆ, CASTELLÆ, Legionis, Granatæ, &c. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lymburgiæ, Lucenburgiæ, &c. Comes Flandriæ, Habspurgi, Tyrolis, Artesiæ, Guritiæ, &c. Comes Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Selandiæ, Namurci, &c. Landgrauius Alsatiæ, &c.

494





PHILIPPVS Rex Castellæ, &c. & Archidux Austriæ, Maximiliani Imp. filius, ex Maria, vnica Caroli Ducis Burgundiæ filia, vxorem duxit Joannam, vnicam FERDINANDI Arragonum, Castellæ, &c. Regis filiam. Huius nomine, post mortem Jsabellæ socrus suæ, classe in Hispaniam profectus, Castellæ Regnum hæreditario iure obtinuit. Post hæc ad compescendum

dum vetus inter Brabantos & Sicambros bellum, anno MDV. in Flandriam reuersus, multas Geldriæ vrbes partim vi expugnauit, partim ad deditionem compulit, Ducemque ipsum, nomine Carolum, pueritiam vixdum egressum, captiuum abduxit, vnaque cum liberis suis in aula sua liberaliter educauit. Flandriæ & Artesiæ comitatus Ludouico XII. iure feudi acceptos retulit, idque Atrebati delegatis ad id munus Guidone à Rupeforti, Galliæ Cancellario & Ludouico à Lutzemburgo Ligniaci Comite. Rebus itaq; sic compositis, cum denuo instructa classe in Hispaniam contenderet, vi tempestatis in Angliæ littus eiectus, ab Henrico VII. Anglorum Rege summo honore est exceptus, ita tamen vt exitus ei non patuerit, donec Suffortij Ducem qui ex Albæ Rosæ familia proximus Angliæ hæres esse putabatur, quemque Henrici metu patriâ profugam in Sicambria ceperat, Anglo tradidisset. Post hæc in Hispaniam profectus, non multo post supremum diem obiit, Anno à Christo nato MDVI. die VII. Septembris, ætatis XXVIII. relinquens post se filios Carolum V. & Ferdinandum Impp. filias vero quatuor, Leonoram, Isabellam, Mariam, & Catharinam posthumam.

VXOR PHILIPPI PRIMI REGIS Hispaniæ, &c.





Joanna Ferdinandi Hiſpaniæ Regis & Eliſabethę filia, vxor fuit Philippi ſupradicti, quæ peperit ei Carolum v. Romanorum Imp. & Ferdinandum Cæſarem, Bohemiæ ac Hungariæ Regem filios, & filias Leonoram, Iſabellam, Mariam & Catharinam, Reginas Luſitaniæ, Galliæ, Daniæ, & Hungariæ. vide inferius.

Leonora Philippi Regis & Joannæ filia, Regina Portugaliæ & Franciæ, Emanuelis & Franciſci Regum vxor.





Isabella Philippi Regis & Joannæ filia, Regina Daniæ Chriſtierni vxor, ex qua liberos ſuſcepit Dorotheam Friderici Comitis Palatini vxorem, & Chriſtianam Lotharingiæ Ducisſam.





Maria Philippi Regis, & Joannæ Reginæ Hiſpania-

ſpaniarum filia, Caroli v. Imp. ſoror, nupſit admodum puella Ludouico inferioris Pannoniæ, & Bohemiæ Regi, qui in ipſo ſtatim adoleſcentiæ ſuæ limine, anno Domini MDXXVII cum aduerſus Turcas infeliciter pugnaſſet, fuga ſibi ſalutem quærens, in palude quadam interiit, ſuperincumbentis equi pondere ſuffocatus. Cuius memoriæ tantum tribuit Maria, vt nulla vnquam ratione adduci potuerit, vt aut ad ſecundas nuptias animum adiiceret, aut veſtem lugubrem cultu amœniore mutaret. Non multo poſt à Carolo fratre inferioris Germaniæ gubernaculis admota, ſtrenue inprimis munus ſibi creditum obiuit, multaque Cæſare abſente bella Gallis, Sicambris, & Menapiis partim vltro intulit, partim ab illis illata ſuſtinuit. In omni denique vitæ ratione virilem potius, quam muliebrem, animum præ ſe tulit, à Principum mulierum delicijs prorſus abhorrens. Tandem vt nominis ſui memoriæ conſuleret, in Eburonum, & Namurcenſium finibus oppidum egregie munitum condidit, quod de nomine ſuo Mariæ Burgum voluit appellatum.



CATHARINA, quarta Philippi Regis Arragoniæ & Joannæ filia, nupſit Joanni Emanuelis Luſitaniæ Regis filio. Hæc præter inſignem formæ venuſtatem, erudítio-

ditionis nomine inprimis commendatur, aliis etiam virtutibus, regia matrona dignis, egregie dotata.



499



MARGARETA Maximiliani I. Imper. & Mariæ filia, Caroli VIII. Francorum Regis, post Ducis Philiberti Sabaudiæ vxor.

500.





MARGARETA Imperatoris Maximiliani filia, vt dictum est, ac Philiberti supradicti relicta, animum pudicum atque amorem erga virum castissimum testata est, tum quod nullum superinduxerit coniugem, vitam perpetuo cælibem ac laudatissimam ducens, tum quod in vrbe quam vulgo Burgum in Brussia vocant, templum nobile ac celebratissimum extruxerit, quod inter Europæ nuper structa ædificia, tanquam opus rarum

ac

ac præcelebre prædicatur: nec id quidem ob templi amplitudinem, sed potius ob artis ornamenta ac splendorem, vt omnium conspicientium oculos in admirationem trahat. Verum ædificij decus ac splendorem longe superat sepulchrum candidissimo marmore extructum, vbi extat amantissimi coniugis effigies ad viuum expressa, in quod signum, quicquid ars sculpendi vnquam valuit, contulisse, ac deprompsisse videtur. Hæc Ducis effigies hinc & inde habet duarum Margaretarum marmorea simulachra ad viuum etiam formata, nempe MARGARETÆ vxoris prædictæ, & MARGARETÆ alterius, quæ Ducis mater extitit.

SECVNDA VXOR, VEL SPONSA MAXIMILIANI Imp.



ANNAM filiam Francisci Ducis Britanniæ maiorem natu, alteram vxorem accepit Maximilianus Imperator, cum qua per Wolffgangum de Polhaym Austriæ Baronem, & deinde Australium terrarum supremum Capitaneum, suum Oratorē, condormiuit, sed nō traduxit: Carolus enim VIII. Rex Franciæ violenter illā

 surri-

ſurripuit, remiſſa eius filia Margareta quam prius ſponſam aliquot annis habuerat.

TERTIA VXOR MAXIMILIANI Imperatoris.



M A R I A Blanca Galeacij Ducis Mediolanenſis filia, tertia Maximiliani vxor, cum qua annos XVI. tranquilliſſime vixit, ſed ſine ſobole, & in Stanis monaſterio ſepulta eſt.

IMPERATOR CÆSAR CAROLVS V. PIVS, FELIX, Auguſtus, Rex Germaniæ, Caſtellæ, Arragoniæ, Legionis, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, Nauarrę, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galiciæ, Maioricarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murtiæ, Giennis, Algarbi, Algeziræ, Gribaltaris, ac Inſularum Balearium, Inſularum Canariæ, & Indiarum ac Terræ firmæ, Maris Oceani, &c. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Mediolani, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lymburgiæ, Lucenburgiæ, Geldriæ, Wirtenbergię, Calabrię, Athenarum, Neopatrię, &c. Comes Flandriæ, Habspurgi, Tyrolis, Barchinonę, Artois, &c. Comes Palatinus Hannonię, Hollandię, Selandię, Feretis, Kyburgi, Namurci, Roſſilionis, Ceritanię, Lutphanię, Landgrauius Alſatię, Marchio Burgouię, Oriſtani & Gothiani, &c. S. Rom. Imperij Princeps Sueuię, Cathalonię, Dominus Friſię, Marchio Sclauonicę, Portus-naonis, Biſcaię, Molinę, Salinarum, Tripolis, & Mechliniæ, &c.

CARO-





Carolvs V. poſt auum Maximilianum ex Philippo Auſtriæ & Hiſpaniarū Rege, & Joanna Regis Catholici filia, Gandaui Anno MD. in die S. Matthiæ, quæ contigit XXIV. Februarij, naſcitur, & ſub Hadriano literis, Caroloq; Ceurio armis (præceptoribus conſummatiſſimis) ad ſedecimum vſque annum operam dedit. Anno MDXVII. Regni Hiſpaniæ gubernationem ſuſcepit, ac deinde Anno MDXIX. in conuentu Francofordienſi antelatus cæteris omnibus, Electorum omnium communi conſenſu Imperator fuit electus, atque Aquiſgrani, vti moris eſt, coronatus. Deinde vt tumultus Italiæ ſedaret, ibi plurima bella geſſit, populos, Principeſq; nonnullos ſuperauit, Franciſcumque Galliæ Regem in captiuitatem redegit. Poſtea Anno MDXXIX. in die pariter S. Matthiæ à Clemente VII. Pontifice Maximo, pluribus Principibus ſpectantibus, magna cum pompa, Imperiali diademate Bononiæ eſt coronatus, & paulo poſt Iſabellam Emanuelis Regis Luſitaniæ filiam vxorem duxit. Dehinc vt Chriſtianorum ſanguinis effuſionem euitaret, ſecundo Franciſcum Francorum Regem ad ſingulare certamen prouocauit. Anno MDXXXI. vt nonnullorum Germaniæ Principum petulantiam compeſceret, in Germaniam proficiſcitur. Porro his peractis ac pacatis, Anno ſequenti, aduerſus Solymannum Turcarum

carum Regem, Viennam obsidentem, ingentem exercitum parat, inde victoriam reportauit. An. MDXXXV. classe parata, ad Tuneti recuperationem proficiscitur, & postquam Turcarum exercitum euertisset, Guletam, totumq; Tuneti Regnum è manibus Tyranni extorsit, multosque Christianos captiuos libertati restituit, ac Muleassem, antea pulsum, in Regno locauit, vbi tam strenue se gessit, vt Lauream ciuilem consequeretur. Tũ demum per Italiam, Galliam, Germaniam, Flandriamque plurima bella gessit, Rempublicam optime gubernauit. Anno MDXLVI. cum validissimo exercitu Germaniam ingrediebatur, eamq; fere totam in suam vertit sententiam, captis aliquot Germanorum Ducibus, ac Primoribus, à quibus, vtque ab vrbibus Germaniæ olim liberis, ingentem auri summam corrasit, atq; paulo post Bohemos subiugauit, plurimaque huc atque illuc fœliciter bella gessit. Indiæque Occidentales sub ipso sunt repertæ. Tandem Anno MDLVII. orationibus cultuique Diuino vacare constituens, aduocato filio Philippo, fratreque Ferdinando, huic Imperium, illi Hispaniæ Regnum cum adhærentibus renunciauit, atq; inde in Hispaniam proficiscens, in monasterium S. Hieronymi sese contulit, in quo reliquo tempore sanctam vitam duxit, atq; Anno MDLVIII. in die sui natalis, vitam hanc terrenam cum æterna commutauit, Anno Imperij sui XXXIX. ætatis LVIII. sepultus Granatæ in Cathedrali Ecclesia, habetque hoc elogium:

Imp. Cæsari Carolo V. Pio, Felici, Augusto, Gal. Max. Indico Max. Tunico Max. Aphric. Max. Sax. Max. victori, triumphatorique multarum Gentium, tametsi terra, marique res

ab


ab eo geſtæ, ſingularis humanitas, incomparabilis prudentia, ardentiſsima religio, ſatis terrarum orbi conſpicuæ ſint, reſpubl. tamen Chriſtiana ob memoriam Iuſtitiæ, Pietatis, virtutiſque eius, victoriam, nauimq; qua mundum circuiuit, quem ipſe ſuis victoriis illuſtrauit, P.

Fuit Imperator inuictiſſimus, religioſus, iuſtus, clemens, miſericors, liberalis, patiens, magnanimus, temperans, humilis, multarum linguarum peritus.

VXOR CAROLI QVINTI Imperatoris.

505.






ISABELLA Joannis III. Portugaliæ Regis filia, Caroli Imperatoris vxor, peperit ei liberos quatuor, atque in partu vltimo emoritur, Anno Domini MDXLVI. Sepulta Granatæ in Cathedrali Eccleſia. Viuentes vero fuerunt

PHI-

PHILIPPVS II. CATHOLICVS, REX REGVM Maximus, Castellæ, Arragoniæ, Legionis, Lusitaniæ, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Nauarrę, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galiciæ, Maioricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicę, Murtiæ, Giennis, Algarbi, Algezirę, Gribaltaris, ac Insularum Balearium, Insularum Canariæ, Indiarum Orientalium & Occidentalium ac Terræ firmæ maris Oceani, &c. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Mediolani, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lymburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, Wirtenbergiæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, &c. Comes Flandriæ, Habspurgi, Tyrolis, Barchinonę, Artois, Guritię & Burgundię, Comes Palatinus Hannonię, Hollandiæ, Selandiæ, Kyburgi, Namurci, Rossilionis, Ceritaniæ, Lutphanię, Landgrauius Alsatiæ, Marchio Burgouię, Oristani & Gothiani, Princeps Cathaloniæ, Dominus Frisiæ, Marchio Biscaię, Molinę, Tripolis, & Mechliniæ.

505.





PHILIPPVS II. Hispaniarum Rex, filius Caroli V. Imperatoris. Regnare cœpit, Anno Domini MDLVII. qui cum magno splendore & iustitia sua regna feliciter gubernauit, &c. Habuit vxores quatuor. Prima fuit

MARIA Ioannis III. Regis Portugaliæ filia. Secunda

MARIA Henrici VIII. Regis Angliæ, Franciæ & Hiberniæ filia. Tertia

ISABELLA Valesia Henrici II. Francorum Regis filia. Vltima fuit

ANNA

ANNA Austriaca Maximiliani II. Imp. filia, ex quibus liberos habuit

CAROLVM Principem & infantem Hispaniæ, qui sponsus obiit.

ISABELLAM Infantem Hispaniæ.

CATHARINAM, Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis vxorem.

FERDINANDVM Principem Hispaniæ, qui Siuiliæ obiit.

CAROLVM }
LAVRENTIVM } in iuuentute mortuos.

JACOBVM Principē Hispaniæ, obiit Escuriali.

PHILIPPVM præsentem Regem Hispaniarum, &c.

MARIAM quæ in iuuentute mortua, & Granatæ sepulta.

JOANNES }
FERDINANDVS } Caroli V. Imp. filij, mortui in iuuentute.

MARIA, Caroli V. Imperatoris filia, Maximiliani II. Imp. vxor.

JOANNA filia Caroli V. Imperatoris, vxor Portugaliæ Regis Joannis III. quæ sine liberis decessit.

506





CONCVBINÆ CAROLI V. Imperatoris.

Joanna Concubina Caroli v. Imperatoris, ex qua ſuſcepit filiam

507





Margaretam, primo Alexandri Medices, Florentiæ Ducis, poſtea Octauij Farneſij Parmæ & Placentiæ Ducis vxorem.

Catharina Concubina ſecunda Caroli v. Imp. ex qua genuit Dominum

508





Joannem Auſtriacum, Belgicarum prouinciarum Gubernatorem generalem, &c. Regis Philippi II. Hiſpania-

ſpaniarum claſſis Præfectum. Multa præclara in orbe geſſit, præſertim contra communem inimicum. Deceſſit Brugis in Flandria, ætatis ſuæ XXV. ibidemque ſepultus eſt.

IMPERATOR CÆSAR FERDINANDVS, PIVS, F. Auguſtus, Rex Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ Crouatiæ, Sclauoniæ, &c. Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lucenburgiæ, Wirtenbergiæ, ſuperioris, & inferioris Sileſiæ, Princeps Sueuiæ, S. Rom. Imperij, Marchio Burgouiæ, Morauiæ, vtriuſque Luſatiæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Gurtiæ, &c. Landgrauius Alſatiæ, Dominus Sclauoniæ, Portus-naonis, Portenauiæ & Salinarum, &c.

509.





FERDINANDVS Philippi Auſtriaci minor natu filius, Caroli V. Imperatoris frater, natus eſt in Hiſpania Alcalæ de Henares, Anno MDIII. Mortuo autem patre ſub tutela Regis Ferdinandi & Iſabellæ Hiſpaniarum Regum eius auorum fuit educatus. Anno MDXXI. vxorem duxit Annam Vladislai Hungariæ & Bohemiæ Regis filiam vnicam, ſororemque Ludouici Hungariæ, pariter ac Bohemiæ Regis vltimi, per cuius obitum iure hæreditario hæc regna obtinuit, & in Alba Regali cum vxore ſummo ſplendore coronatus eſt, etſi paulo ante Ioannes Sepuſius à quibuſdam primoribus Hungariæ

 in

in Regem quoque Hungariæ fuerat electus & coronatus, qui demum à Rege Ferdinando superatus, & Regno eiectus, fugam in Transyluaniam dedit. Post Ludouici Regis interitum Solymanus Turcarum Tyrannus Regnum Hungariæ deuastauit, multasque ciuitates in suam potestatem redegit, Ferdinando tum in Hispaniis degente, & vice fratris Regna ista gubernante, vbi eos, qui fratri rebellauerant summo suo iudicio ad pristinam obedientiam reduxit. Post Caroli reditum in Hispaniam Ferdinandus cum bona fratris venia in Germaniam proficiscens Viennam peruenit. Eodem tempore Solymanus Belgradum Christianorum propugnaculum expugnauit. Anno autem MDXXIX. Solymanus magno apparatu Hungariam iterum inuadit, igne ferroque deuastat, postea ad obsidionem Viennæ se conuertit, sed frustra: Auxilio enim Dei à Ferdinando & Christianorum virtute Tyrannus fugatur, qui in ea expeditione ad centum millia suorum militum amisit. Post hæc Ferdinandus in Romanorum Regem Augustæ Vindelicorum ab Electoribus Imperij, præsente Carolo v. fratre electus, atque Anno sequenti MDXXXI. Aquisgrani coronatus est. Anno Domini MDXXXII. Solymanus tertio, cum maiori apparatu bellico quam vnquam antea in Hungariam peruenit, vrbes & arces quam plurimas partim expugnauit, partim in deditionem accepit. Sed Solymanus, audito aduentu Caroli v. Imp. cum Ferdinando, qui secum validissimum exercitum ducebant, fugam dedit, & cum suo maximo damno ad patriam suam redijt, Anno MDXXXXVII. Post hæc, Bohemi rebellarunt contra ipsum Regem Ferdinandum, qui illos paulo post subiugauit, & omnibus priuilegijs & libertatibus priuauit. Anno sequenti Regnum Bohemiæ Maximiliano filio renunciauit, eique in vxorem locauit Mariam Caroli Imp. filiam primogenitam. Anno vero MDLI. Ferdinãdus Transyluaniam in suam potestatem redegit, vna

cum

cum relicta vxore & filio Regis Joannis qui filius cū matre Viennam captiuus ducitur. Fratrem Georgium monachum presbyterum Cardinalem, Turcarum partes fouentem trucidari iussit. Anno autem MDLVI. Carolo cedente & assentientibus Electoribus, Romani Imperij administrationem assecutus est ipse Ferdinandus, qui illud cum summa tranquillitate, & iustitia, ac suorū Regnorum salute administrauit annos VII. Anno MDLXII. Maximilianū filiū in Roman. Regē Francoforti ad Mœnū inaugurari fecit. His peractis cū filio Rege Oenipontū proficiscitur ad visitādas filias Reginas. Dehinc peruenit Viennam valde afflictus, ex longoq; itinere in morbū incidit, cum antea multa præclara in Imperio & Regnis suis gessisset facinora contra communem Tyrannum, extremum vitæ spiritum summa cum pietate Deo reddidit in festo Sancti Jacobi, Anno Domini MDLXIV. Vnde sequenti anno mense Augusto eius Cadauer Pragam ad sepulturam, comitante id filio Carolo, deductū est. Fuit Princeps iustus, & fortunatus, clementissimus, morum elegantia & facilitate insignis, strenuus, fortis, magnificus, misericors, liberalis, eruditus, ac multarum linguarum peritus, Latinam, Hispanicam, Italicam, Germanicam, & Hungaricam calluit. Vixit annos sexaginta, & dies aliquot, Regnauit omnino annos XXXIII.

VXOR FERDINANDI JMP.



Anna Ladislai Regis Hungariæ, & Bohemiæ filia, quæ eum vnice amauit, mulier proba, forma insignis, magni & acuti ingenij, reique diuinæ apprime studiosa, Ecclesias liberalitate, & munificentia fouit, egenos, & mendicos, datis alimentis sustẽtauit, obijt Pragæ xxvii. die Ianuarij, ex partu, Anno Dom. mdxlvii. & ibidem in Cathedrali Ecclesia Sancti Viti sepulta. Ex ea nati sunt.

Elizabetha nata in oppido Lintz, Anno Domini 1526. die ix. Julij, Sigismundi ii. Augusti Regis Poloniæ vxor, quæ Anno secundo postea obiit in Lituaniæ ciuitate Vilna, Anno Domini mdxlv. die 15. Iunij, & ibidem sepulta regio monumento.



Maximilianvs II. Romanorum Imp. (vide inferius) natus est Viennæ Austriæ Anno 1527. 1. Augusti, die Jouis.

Anna Pragæ nata, Anno Domini 1528. vii. Julij, die Martis. Alberti Bauariæ Ducis vxor, obijt Monachij, Anno Domini mdlxxxvii. & ibidem in Cathedrali Ecclesia sepulta iuxta maritum.

Ferdi-





FERDINANDVS Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthię, &c. Comes Tyrolis, &c. Natus est in oppido Lintz, Anno Domini 1529. XIV. Junij, die Mercurij. obijt Oeniponti mense Januario, Anno 1595. Vxores illius fuerunt, Illustrissima Domina Philippina, quæ decessit Oeniponti Anno MDLXXX. mense Aprili, ex qua nati sunt

ANDREAS ab Austria, Cardinalis titulo S. Mariæ Nouæ.

CAROLVS Marchio Burgouiæ.

PHILIPPVS & MARIA } mortui in iuuentute, & Pragæ sepulti in templo S. Viti.

SECVNDA VXOR FERDINANDI Archiducis.

LEONORA filia Guilhelmi Ducis Mantuæ, & Leonoræ Ducissæ, ex qua genuit

ANNAM MAGDALENAM.

ANNAM MARIAM.

513





Maria Ferdinandi Imp. filia, nata Pragæ 1531. xv. Maij, die Lunæ, vxor Ducis Guilhelmi Cliuensis, Juliacensis & Montis, &c. mortua in Disteldorff, Anno Domini MDLXXXIV. & ibidem sepulta.

514.





Magdalena Archiducissa, Christo desponsata, perpetuæ virginitati & castitati se donauit, in Regio Cœnobio, nouiter pro sua seruitute extructo, in vrbe Hala ad Oenum fluuium sita, Anno Domini MDLXVII. nata Oeniponti Anno 1532. XIV. Augusti, die Mercurii.

Catharina Viennæ Austriæ nata, Anno Dom. 1534. II. Nouembris, die Lunæ. Francisci Mantuæ Ducis vxor, quæ deinde Sigismundi II. Regis Poloniæ vxor facta fuit, obiit in oppido Lintz, die vltimo Februarij, anno Domini MDLXXII. ibiq; sepulta.

LEO-

515





Leonora Ferdinandi Imp. filia, Guilhelmi Mantuæ Ducis vxor, nata Viennæ Austriæ, Anno 1534. 11. Nouembris, die Lunæ.

516





Margareta, Archiducissa, Oenipontinata Anno Domini 1536. xvi. Februarij die Mercurij, obijt Halæ in castro Hasegg. xii. Martij mdlxvii. ibiq; sepulchro Cœnobij noui inserta quiescit.

Joannes Archidux Austriæ, natus Pragæ, Anno Domini 1538. x. Aprilis die Mercurij. Obijt Oeniponti die 20. Martij, Anno Domini mdxxxix. & in monasterio Staniensi sepultus.

Barbara Alphonsi Ferrariæ Ducis vxor, Viennæ nata Anno Domini 1539. vltimo Aprilis die Mercurij. Obijt Ferrariæ, Anno Dom. mdlxxii. mense Septembri, & ibidem sepulta.

Caro-

517





Carolvs Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Wirtenbergiæ, &c. filius Ferdinandi Imper. natus Viennæ, Anno Domini 1540. 3. Junij, die Sabbathi. Obijt Græcij, menſe Julio, Anno Domini MDLXXXX. ſepultus in Carlſtat.

518





Maria vxor Caroli Archiducis Auſtriæ, filia Alberti Ducis Bauariæ. Nuptiæ Viennæ Auſtriæ celebratæ ſunt, Anno Domini 1571. menſe Septembri. Ex qua nati ſunt

Ferdinandvs, qui obijt Græcij, & ibidem ſepultus.

Anna Archiduciſſa Auſtriæ, Regina Poloniæ, Sigiſmundi III. vxor.

Maria Chriſtierna Archiduciſſa Auſtriæ, Principis Sigiſmundi Tranſyluaniæ vxor.

Catharina Archiduciſſa Auſtriæ.

Elisa-

Elisabetha mortua Græcij.
Ferdinandus Archidux Austriæ.
Carolus obiit puer.
Gregoria Maximiliana, Archiducissa Austriæ.
Leonora Archiducissa Austriæ.
Maximilianus Archidux Austriæ.
Margareta, Archiducissa Austriç, Regina Hispaniæ, Philippi III. vxor.
Leopoldus Archidux Austriæ, Episcopus Patauiensis & Argentoratensis.
Maria Magdalena Archiducissa Austriæ.

Vrsula Ferdinandi Imp. filia, nata Neustadij, anno Domini 1541. XXIV. Julij, die solis. Obijt Oeniponti Anno Domini MDXLIII. in Stanienſi monasterio sepulta.

Helena Imp. Ferdinandi filia, Viennæ nata Anno Domini 1543. VII. Ianuarij, die Solis. Obijt Halæ in valle Oenana, ibique sepulta.

Joanna Francisci Magni Ducis Hetruriæ vxor, Ferdinandi Imp. filia, Pragæ nata, Anno Domini 1547. XXIV. Januarij die Lunæ. Obijt Florentiæ è dolore partus, Mense Junio, Anno Domini MDLXXVIII.



519


IMPE-

IMPERATOR CÆSAR MAXIMILIANVS II. PIVS, Felix, Augustus, Rex Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, & Electus Poloniæ, &c. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lucemburgiæ, Wirtenbergiæ, superioris & inferioris Silesiæ, Princeps Sueuiæ S. Romani Imperij, Marchio Burgouię, Morauię, vtriusque Lusatię, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Guritię, &c. Landgrauius Alsatiæ, Dominus Sclauonicę, Portus-naonis, Portenauię & Salinarum, &c.

520.





Maximilianus Ferdinandi Imperatoris & Reginæ Annæ filius, Viennæ inferioris Austriæ, Anno Christi MDXXVII. nascitur. Anno vero MDXLVIII. Ferdinandus Imperator Bohemiæ Regnum Maximiliano renunciauit, qui Pragæ in Bohemiæ metropoli, & in Cathedrali Ecclesia coronatus fuit. Deinde Carolus V. Imperator, Ferdinando fratri suo per literas exponit, se Mariam primogenitam filiam suam Maximiliano eiusdem Ferdinandi filio matrimonio locare cupere, quo nuntio Ferdinandus magnam cepit lætitiam, filiumq; suũ in Hispaniam, vt nuptias celebraret, misit, qui per Italiam transiens, ab Italiæ Principibus ac populis honorificentissime exceptus fuit. Magna cum celeritate igitur id temporis in Hispaniam proficiscitur, & Validoletum summo cũ splendore ingreditur, atque ibi præsente Carolo V. Philippo eius filio, aliisque quam pluribus Principibus, nu-

ptiæ

ptiæ sunt celebratæ. His peractis PHILIPPVS Princeps ante ipsius in Flandriam discessum, nonnullis rebus compositis, Hispaniæ gubernationem MAXIMILIANO reliquit. Anno sequenti CAROLVS V. MAXIMILIANVM, vt cum vxore in Germaniam proficiscatur, hortatur, qui monitis obtemperans, Germaniam versus iter cepit, Francofordiumque ad Mœnum petiit, vbi paulo post & FERDINANDVS aduenit, atque ibi conuentus Imperialis fuit celebratus. Maximilianusq; singulis annuentibus in Romanū Regem ab Electoribus est electus, nec non coronatus. Deinde An. MDLXII. conuentu peracto Ferdinandus cum filio ad visitandum filias, Oenipontum proficiscitur. Vnde post aliquot menses Viennam Austriæ versus pariter iter faciunt, post vero biennium, id est, Anno MDLXIV. in Diui Jacobi die Ferdinandus vltimum diem clausit, cadauerq; ipsius Pragam translatum, & in Cathedrali Ecclesia penes illius vxorem reconditum fuit, atq; ita Maximiliano integrum Imperium, hæreditariaque Regna relicta sunt. Deniq; Anno MDLXVI. Maximilianus conuentum Imperialem Augustæ peragens, ab Imperii Principibus, aduersus Solymanum Turcarum Imperatorem, qui id temporis ipsemet magno cum apparatu in Vngariam proficiscebatur, suppetias petiit. Anno sequenti, multis Principibus militibusque stipatus, ad Türcarum tyrannidem reprimendam ire cœpit. At Solymanus in Saluæ obsidione animam expirauit, & ita Türcarum exercitus, huc atque illuc distractus, terga dedit. Similiter MAXIMILIANVS ad suos reuertitur. Anno MDLXX. ad Imperialem conuentum perficiendum Spiram se confert. Hinc alteram PHILIPPO Hispaniarum, alteram CAROLO IX. Galliarum Regibus, filias nuptui mittit. Postea vero Anno MDLXXV. à Maioribus Palatinorum,

Castellanorũ, ac Magnatũ Regni Poloniæ parte, in Polonorum Regem fuit electus, & dum rebus, Imperium concernentibus, consuleret, Stephanus Bathori à quibusdam in Regnum introducitur, qui Regnũ illud sibi vsurpauit. Interim dũm Maximilianus exercitum ad Polonis bellum inferendum, eiiciendumque Bathorium parat, XII. Octob. Anni sequentis, in conuentu Ratisbonensi, præmissa Rudolphi II. coronatione, cum superuixisset annum L. vitam cum morte commutauit, cadauerq; ipsius post aliquot menses solenni cum pompa Pragam translatũ, propeq; parentem sepultum fuit. Per annos XV. & aliquot menses Imperium optime gubernauit. Magnanimus, humanus, doctˀ ac magnæ prudentiæ vir fuit, necnon multarum linguarum, scilicet Germanicæ, Latinæ, Italicæ, Gallicæ, Hispanicæ, Vngaricæ, atq; Bohemicæ peritus, cunctisque acceptus, Sac. Rom. Imperium, regna, ditiones, Principes, ac ditiones suas, summo amore prosequebatur: Iustitiæ quoque ac pacis, virtuosorumq; fuit amator. Post obitum, aliquot ex Maria coniuge liberos post se reliquit, qui & hodierno die magni sunt Principes, ac in summo honore habentur.

MAXIMILIANI JMP. VXOR.

521.





MARIA Caroli V. Imperatoris filia, vxor Maximiliani II. Imp. ex qua nati sunt

ANNA

Anna Regina Hiſpaniæ, Philippi II. Regis Hiſpaniarum & Indiarum, vxor: Naſcitur Cigalis in Hiſpania, Anno Domini 1549. die 11. Nouembris, obiit in Eſcurial, & ſepulta Granatæ in Cathedrali Eccleſia, Anno Domini 1578.





Ferdinandvs Archidux Auſtriæ, natus eſt Cigalis in Hiſpania, Anno Domini 1551. die 28. Martii, & ibidem in Cathedrali Eccleſia S. Stephani ſepultus.

Rvdolphvs II. Romanorum Imperator, &c. vide ſuo loco.

Ernestvs Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, &c. Com Habspurgi, natus eſt Viennæ, An. Do 1553. die 15. Iunii. Obiit Pruxellis in Brabantia, vbi Gubernationem tenebat ſuper Belgicam prouinciam vix biennium 20. die Februarii, Anno 1595. ibique ſepultus eſt.

523





Elisabetha Regina Franciæ, Caroli ix. vxor, Maximiliani Imperatoris filia. Nascitur Viennæ, Anno Domini 1554. die 5. Iunii, & ibidem mortua & sepulta in Ecclesia & monasterio ab illa ædificato, Anno Domini 1592. mense Martio.

524.





Matthias Archidux Austriæ, nascitur Viennæ Anno Domini 1557. die 24. Februarij. Vide infra suo loco.



Maximilianus Elect⁹ Rex Poloniæ, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Wirtenbergiæ, &c. Magnus Magister Borussiæ, Magister Equitum Teutonicorum, ordinis S. Georgii per Germaniam & Italiam, Comes Habspurgi, Tyrolis, Guritiæ, &c. Administrator Abbatiæ Fuldensis. Natus fuit Neustadii, Anno 1558. die 12. Octobris.

Alber-

526.





ALBERTVS Cardinalis S. Crucis in Hierusalem, Legatus & Vice-Rex Portugaliæ, Archidux Austriæ, &c. Natus est in Noua Ciuitate, Anno Domini 1559. die 13. Nouembris.

527.





WENCESLAVS Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, &c. Nascitur in Noua Ciuitate, Anno Domini 1561. die 9. Martij. Mortuus est in Hispania in Seuillia, Anno Domini 1576.





Fridericvs Archidux Austriæ, natus est Lintzij, Anno Domini 1562. die 22. Iunii, & ibidem mortuus & sepultus, post aliquot menses.

Ioanna Archiducissa nata in Noua Ciuitate, Anno Domini 1564. die 20. Februarij, obiit Pragæ, Anno Domini 1580. sepulta iuxta patrem Imper. Maximilianum in templo S. Viti.

Carolvs Archidux natus est Viennæ Austriæ, Anno Domini 1565, die 26. Septembris, ibidem mortuus puer, & in Cathedrali Ecclesia Sancti Stephani sepultus.

Margareta Archiducissa, nascitur Viennæ, Anno Dom. 1567. die 25. Ianuarii, Monialis tunc temporis in Hispania, &c.

Leonora Archiducissa, nata est Viennæ, Anno Domini 1568. die 10. Nouembris, & ibid. sepulta in templo S. Stephani.



IMPE-

IMPERATOR CÆSAR RVDOLPHVS, II. ROMAnorum Imp. semper Augustus, Rex Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Crouatiæ, Sclauoniæ, &c. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Striæ, Carinthiæ, Carniolę, Lucenburgiæ, Wirtenbergię, superioris, & inferioris Silesiæ, Princeps Sueuiæ, S. Roman. Imperij, Marchio Burgouiæ, Morauiæ, vtriusque Lusatię, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Guritiæ, &c. Landgrauius Alsatię, Dominus Sclauonię, Portus-naonis, Portenauię & Salinarum, &c.

MONETA AVREA RVDOLPHI Imperatoris.



RVDOLPHVS Imperator natus est, Viennæ in Austria, Anno Domini 1552. die 28. Iulij, Rex Hungariæ & Bohemiæ à patre Maximiliano appellatus, & Ratisbonæ in Romanorum Regem ab Electoribus electus, Anno Domini 1575. Hic fuit Imperatoris Maximiliani & Reginæ Mariæ filius, Princeps magnanimus, prudens, humanus, liberalis, virtute præditorum & ingeniosorũ hominum vt & pacis amantissimus, qui plura togatus laudabiliter egit, quam alii magno armorum apparatu instructi vix ausi sunt suscipere: linguarum, vtpote Germanicæ, Latinæ, Italicæ, Hispanicæ, fuit admodum peritus. Die 21. Decembris, Anno 1611. cum male habere inciperet, accedebat ad crus alterum ex graui fluxu, inflammatio, vnde morbus eius inualescere magis magis-

que videbatur, donec 10. Ianuarij inter sextam & septimam horam matutinam, omnis carnis ingressus viam, placide in Domino obdormiuit, postquam vixisset annos quinquaginta nouem & menses VI. dies 2. natus nimirum Anno post millesimum quingentesimum quinquagesimo secundo, die 18. Iulij, in Regem vero Hungariæ Anno 1572. die 21. Septembris, Bohemiæ, Anno 1575. die 22. Septembr. Itemque paulo post 1. Nouembris eiusdem Anni, in Regem Romanum electus, ac tandem Imperator Romanus An. 1576. salutatus. Vxorem non habuit. Corpus eius statim à prandio, præsentibus Duce Brunsuicense, Principe Anhaltino, Leuchtenbergico, Consiliariisque Cæsariis aliis, apertum fuit, corque in eo sanum adhuc & bene constitutum, reliqua vero membra nonnihil læsa deprehensa sunt, cruce fere adusto & atro colore infecto. Corpus defuncti Cæsaris tunica talari damascena indutum, inq; Sarcophagum, holoserico rubro ab interiore parte inductum, conditum est, cruce aurea in pectore, vellere aureo ad dextrum, gladioq; eius inaurato ad sinistrum latus compositis, & fenestra vitrea ad faciem, vt conspici ab aduentantibus posset, constituta, cuius obitus annum diemq; hoc disticho quidam expressit:

DVX AC LVX GENTIS, FABIANI HEV LVCE RODOLPHVS,
CÆSARIO GENITVS SANGVINE, CÆSAR OBIT!

Sepultus fuit Heros hic 1. Octobris, Anno 1612. Pragæ in templo Arcis, cui San Vito nomen, Regali Pompa.

IMPE-

IMPERATOR CÆSAR MATTHIAS, ROMANO-rum Imper. semper Augustus, Rex Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Crouatiæ, Sclauoniæ, Ramiæ, Seruiæ, Gallicię, Lodomerię, Comanię, Bulgarię, &c. Archidux Austriæ; Magnus Dux Burgundiæ, & Silesię, Dux Lotharingiæ, Brabantię, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolę, Lymburgi, Lucenburgiæ, Geldrię, Wirtenbergię, &c. Landgrauius Alsatię, Brisgouiæ, Suntgouiæ, Nellenburgi, &c. Marchio Morauię, Lusatię, Histriæ, Burgouię, & S. Roman. Imperij; Comes Princeps Habspurgi, Flandrię, Tyrolis, Goritiæ, Ciliæ, Arthesiæ, &c. Comes Palatinus Burgundiæ, Hannonię, Hollandiæ, Selandię, Phireti, Kyburgi, Namurci & Zutphanię, &c. Princeps Sueuiæ, Dominus Frisiæ, Marchiæ Venetorum, Portusnaonis, Molini, Salinarum, Vltraiecti & Mechlinię, &c.



Imperator Matthias natus est Viennæ in Austria patre Maximiliano Imperatore & Maria Caroli V. Imperatoris filia, Anno Domini 1557. die 24. Februarij. A proceribus in Regem Hungariæ proclamatur 14. Nouembr. coronatur vero 19. Nouemb. Anno 1608. Presburgi, Anno 1611. 10. Iulii, Pragæ in Regem Bohemiæ coronatur. Nuptiarum suarum solennitatem celebrat cum Anna Archiducis Ferdinandi & Annæ Mariæ, Ducissæ Mantuanæ filia cum magnifico apparatu Viennæ in Austria, 4. Decembr. Anno 1611. An. 1612 [13]. Iunii ab Electoribus Imperii vnanimi consensu Francofordiæ eligitur in Regem Romanum, & magna acclamatione & Pompa [24]. Iunii ibidem in summo templo coronatur. In-

Inuictissimus hic noster Imperator, amplitudine, auctoritate, eminentia, splendore, dignitate & integritate Imperium Germanum firmissime fundat, robuste stabilit, longissime prolatat, & feliciter conseruat, cuius successibus, vt sub vmbra alarum eius quam beatissimi esse possimus, optamus omnes à Deo ter Opt. Max. Imperium longum & fortunam felicem.



Anna vxor Matthiæ Imperatoris, Archiducis Ferdinandi & Annæ Mariæ Ducissæ Mantuanæ filia, nascitur Oeniponti, Anno 1585. 10. Octobris. Regina Vngariæ coronatur Presburgi 1613. 25. Martii. Anno 1612. 26. Iulii Francofordiæ in Imperatricem coronatur. Quæ, vt & D. N. Imperatoris Matthiæ coronatio, vt in gloriam Dei, Sacri Romani Imperii incrementum, subditorumque Imperij omnium salutem cedant, faciantque, supremus ille Regum Rex & dominantium Dominus, benigne largiatur, qui Cæsariam simul Maiestatem & Coniugem eius Serenissimam constanti Corporis & Animi valetudine, pace, tranquillitate, victoria ab hostibus, temporalique & æterna prosperitate clementissime dotare, beareq; velit, ita voueo.

F I N I S.

IN-

INDEX NOMINVM PROPRIORVM, QVOrum in hoc opere mentio fit.

A.

Apsima-

Cornelia

Iustina

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

Ruffinus

Victor

FINIS.





